



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter Supplementum Formularum Fori extrajudicialis, accesserunt  
quamplures Formulæ Fori contentiosi, necnon nonnullæ litteræ Pastorales  
non minùs utiles, quàm necessariæ gubernium Ecclesiasticum  
assumentibus, ab eodem Auctore annotationibus auctæ, sacræ paginæ  
oraculis, & Sacr. ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1707**

Titulus XVI. De Litteris Pastoralibus, & Provisionalibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62423)



# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM

Fori Ecclesiastici.

## TITULUS XVI.

De Litteris Pastoralibus, & Provisionalibus.

Ven. Fratribus Dignitatibus, Canonicis, Capitulo, & Clero Civitatis N.

### FORMULA I.

#### SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1 <i>Episcopus poena temporalis terret, hortatione fovet Clericos.</i></p> <p>2 <i>Episcopi in impositione manuum debent esse circumspecti.</i></p> <p>3 <i>Clericorum vestis debet esse decens, &amp; à veste laicorum distincta.</i></p> <p>4 <i>Accedentes ad suscipiendos ordines debent habere intentionem rectam inserviendi Deo.</i></p> <p>5 <i>Presbyter absq; rationabili causa celebrans non recitato matutino cum laudibus peccat mortaliter, &amp; num. 6.</i></p> <p>7 <i>Septies in die psallunt Clerici ad rememorandam passionem Christi.</i></p> <p>8 <i>Horæ Canonicae extrà Chorum quando sint recitandæ.</i></p> <p>9 <i>Officium Divinum est injunctum per modum Orationis vocalis, &amp; quare.</i></p> <p>10 <i>Officium Divinum qua attentione, &amp; corporis compositione sit recitandum, ostenditur.</i></p> <p>11 <i>Celebrans indignè quot pœnis Spiritualibus se subjiciat, demonstratur.</i></p> | <p>12 <i>Clerici debent incumbere lectioni Sacrorum librorum.</i></p> <p>13 <i>Clerici non possunt redditus Ecclesiasticos donare consanguineis, nisi sint pauperes, &amp; num. 14. &amp; 15.</i></p> <p>16 <i>Clerici possunt liberè disponere de bonis propriis Patrimonialibus, &amp; vivere de proventibus Ecclesie.</i></p> <p>17 <i>Bulla Pii V. quæ prohibet Clericis, ut possint disponere favore illegitimum, non comprehendit bona Patrimonialia.</i></p> <p>18 <i>Clerici Incolæ Urbis disponere possunt de redditibus Ecclesiasticis favore etiam extraneorum.</i></p> <p>19 <i>Clericus si non habeat bona Patrimonialia potest ex redditibus Ecclesie alere, &amp; dotare filias spurias, si non habeant aliunde.</i></p> <p>20 <i>Fornicatio est prohibita jure Divino tam in veteri, quam in novo Testamento.</i></p> <p>21 <i>Clerici fugere debent avaritiam.</i></p> <p>22 <i>Clerici non debent exercere officium Procuratoris, nisi in aliquibus casibus hic expressis, &amp; num. 23.</i></p> <p>24 <i>Clerici debent esse contenti victu frugali, &amp; pretiosa fercula non querere.</i></p> <p>25 <i>Clerici ante prandium &amp; cœnam debent benedicere mensam, &amp; post mensam gratias agere.</i></p> |
|---|--|

Deus,

**D**Eus, qui est Pater luminum, & cujus providentia in sui dispositione non fallitur: posuit me Rectorem Ecclesiæ vestræ, ut gaudio impleat, recordationem accipiens fidei, quæ est in vobis non ficta propter quam admoneo vos, ut resuscitetis gratia Dei, quæ est in vobis per impositionem manuum mearum.

Mementote, quod salvator noster (cujus bonus odor sumus, & qui vos lux mundi vocavit) docet, & jubet, quod luceat lux vestra coram hominibus, videant bona facta vestra, & glorificent Deum, qui est benedictus in sæcula. Vos inquam fratres dilectissimi genus electum, & qui in Sanctuario deservitis, tenemini proximorum scandalizationem vitare, eosque ædificare memores ejus, quod scriptum est -- *Sancti estote, quia ego Sanctus sum*: Nulli dantes (juxta Apostoli vocem) offensionem, ut non vituperetur ministerium vestrum: sed in omnibus exhibeatis vos sicuti Dei Ministros, ne illud Prophetæ dictum impleatur in vobis -- *Sacerdotes Dei contaminant Sancta, & reprobant legem*. Qua enim libertate laicos corripere poteritis cum tacite vobis ipsis respondeatis, eadem admittite, quæ corripitis?

Decet omninò vitam, moresque vestros componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, & conversatione nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum præferatis; nè Sanctificatio vestra, nomenque Sanctum Dei polluat: adhærente ei corde puro, timore Sancto, spe non fluctuante: quoniam cognitor cordis ipse est: cavete igitur, ne Christus increpans dicat -- *Væ vobis qui mundatis, quod foris est calicis, & paropsydus, quod autem intus est vestrum plenum est rapina, & immunditia*. Confidete vos invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum, tenentes spei vestræ confessionem indeclinabilem (fidelis enim est qui repromittit) Verbum Christi, qui vocavit vos vocatione sua Sancta habitet in vobis abundanter. Si psallitis, *Psallite sapienter: psallite ore, psallite mente*: offerentes Jesu cum Apostolis, favum mellis. Et quid est favus nisi mel in cera? Et quid est mel in cera, nisi devotio in littera? Orationi instate omni tempore, ut digni ambuletis coram Deo, & plaga non sit in Populo, vigilantes in ea in gratiarum actione: orantes simul, & pro me, ut Deus aperiat os meum ad manifestanda plebi mysteria Christi, sicut oportet me loqui: Nam si evangelizzavero non erit mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit.

Oblatio justi impingat Altare, & odor suavitatis est in conspectu Altissimi: bono ergo animo gloriam reddite Deo, cujus unigenitum offerentes cavete, nè illum offendatis, & Aræ vestræ, quas Populus multiplicavit, factæ sint in delictum; unde Salvator dum à vobis traditur dicit: *ecce manus tradentis me mecum est in mensa*: gravius enim (ut inquit Augustinus) peccant offerentes indignè Christum regnantem in Cœlis, quam qui eum crucifixerunt ambulantem in Terris, & sic gravius peccant indigni Sacerdotes sacrificantes, quam Judæi crucifigentes Sanctus

Luc. 1.  
Dem. 7.  
post Pentecost.  
2. Tim. 1.

2. Cor. 2.  
Mat. 5.  
2. Cor. 11.  
1. Petr. 2.  
Levit. 10.  
2. Cor. 6.  
Ezec. 22.  
Sophon. 3.

Concil.  
Trident.  
sess. 14.  
de refor.  
in proc.  
Concil.  
Trid.  
sess. 22.  
de refor.  
6. 1.  
Ezech. 28  
1. Tim. 1.  
Eccl. 7.  
Mat. 23.  
Hebr. 10.  
Col. 3.

2. Tim. 1.  
Psal. 46.  
1. Cor. 14.  
Luc. 24.

Petrus  
Bles. ser  
12.

Epist. 6.  
1. Thes. 3.  
Num. 8.  
Colos. 4.  
1. Cor. 9.

Eccl. 35. Aus enim, & innocens inpollutus, & excelsior Cæli est factus: si im-  
 Osea 8. mundè ad Altare acceditis, non cibum salutis, sed æternæ damnationis  
 Luc. 22. iudicium accipitis, & quod aliis est intercessio salutaris adveniam, erit vo-  
 Aug. in bis reatus ad pœnam.  
 Psal. 68.

Hebr. 7. *Litterarum studia diligenter colite, ne contra eum, qui illas sperna-*  
 1. Cor. 11 tur dicat Dominus -- *Quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te ne Sa-*  
 1. Cor. 4. *cerdotio fundaris mihi: lectio enim Sacrorum librorum vobis necessaria est:*  
 Petrus ipsa est mensa Tabernaculi, quæ ad Aquilonem unde panditur omne  
 Bles. Ep. malum posita est, quod Psalmista insinuans dicit -- *Parasti in conspectu*  
 15. ad *meo mensam.* De mensa hac (& Spiritualibus armis loquitur Isaias. *Pone*  
 Psal. 22. *(inquit) mensam, contemplare in specula, surgite Principes (idest Sacer-*  
 Isai. 21. *dotes) & arripite Clypeum.* Sacra lectio cibus est, quia teste veritate,  
 Matt. 4. non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore  
 Jo. 6. Dei: per hunc cibum spiramus, & vivimus; *Verba (inquit Dominus)*  
 C. sicut *que ego loquor, spiritus, & vita sunt.*  
 Act. 47.

Ecclesiarum redditus, quos percipitis in usus pravos infumere non de-  
 betis: quoniam fidelium vota, pretia peccatorum, & pauperum patrimo-  
 Concil. nium sunt: ideoque ne illis consanguineos, & familiares vestros augere  
 Trid. sess. studeatis sanctione canonica *donare proibemini*, & superfluos ad hone-  
 25. de ref. stam vitæ sustentationem, in eleemosinas tribuere, & usus pios conver-  
 c. 1. tere iussi estis; intendite igitur super egenos, & pauperes, & non contem-  
 Psal. 40. ratis eos in porta, quia iudicabit Dominus causam illorum: stensionem  
 Prov. 22. propterea, quæ est charitatis vestræ in ipsos, ostendite in faciem Ecclesie.  
 2. Cor. 8.

Osea 4. *Nolite ingredi in Galgala, & in Bethaven, ne ascendatis. Sæcularia*  
 1. Io. 2. *sæcularibus relinquite; quia nemo militans Deo implicat se illis.* Mundi  
 Rom. 2. illecebras, & voluptates, vilesque consolationes carnales despiciete ne-  
 1. Tim. 2. que ea quæ in Mundo sunt bona diligatis; quia citò transit concupiscen-  
 Concil. tia ejus. *Nolite propter escam destruere opus Dei; sed mensa vitæque*  
 Trid. ibi. *fragili cum gratiarum actione supellectilique modesta contenti sitis, ut qui*  
 Galat. 5. *ex adverso est vereatur, nihil habens malum dicere de vobis; imò fruga-*  
 Petrus *litis, modestiæ, continentiæ, & humilitatis exempla petere possit:*  
 Bles. Ep. *Qui enim Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concu-*  
 13. *piscentiis, & qui spiritu Dei aguntur facta carnis mortificant, quorum*  
 1. Cor. 6. *membra Templum sunt Spiritus Sancti.*  
 Rom. 14. *Ad Patriam felicitatis æternæ totis properate præcordis, mente cogi-*  
 2. Cor. 5. *tantes, quod omnes stabimus ante Tribunali Christi, ut referat unum-*  
 Rom. 14. *quisque prout gessit sive bonum sive malum, & quod reddat unicuique se-*  
 2. Cor. 5. *cundum vias suas. Operamini igitur opus vestrum ante tempus, & da-*  
 Ier. 32. *bit vobis mercedem vestram in tempore suo. Dominus det vobis vincere*  
 Eccles. 51. *serpentem antiquum, qui seducit Universum, descendens ad vos, ha-*  
 Apoc. 12. *bens iram magnam, & Deus pacis conterat illum sub pedibus vestris. So-*  
 Rom. 12. *li Deo nostro per Jesum Christum Dominum nostrum gloria, & magni-*  
 Ind. Ep. *ficientia, imperium, & potestas ante omne sæculum, & nunc, & in*  
 1. an. *omnia sæcula. Amen.*

## ADNOTATIONES.

1. **PER IMPOSITIONEM MANUUM MEARUM.** In hac prima litteræ Pastoralis formula Episcopus ad conservandam, augendamque disciplinam in Clero, fulcro Divinarum scripturarum demonstrat virtutes, quas habere, & exercere debeant viri Ecclesiastici: Et sicuti in præcedenti titulo V. de Edictis Form. IX. à vitiis eos cessare terruit formidine pœnæ temporalis: ita hic paternalliter illos instruendo, in vocatione hortatur permanere, ut virtutis amore peccata odiendo evadant æterna.

2. Et Primò insinuare intendit, quod hi, qui accedunt ad Episcopum pro recipiendis Ordinibus, habeant rectam intentionem, & sinceram fidem inserviendi Deo, ut gaudere possit Ecclesia de illorum promotione: quod frequentius, quam accidit eveniret si Episcopi quantum in se est procurarent admittere tantum illos, quod Spiritus rectus replevit vocatione; scientes, quod cæteri, qui non intrant per Ostium in Sanctuarium, sed aliunde, tanquam fures, & latrones, sed oneris, & luctus sunt Ecclesiæ, & non gaudii. Et fortè magis cauti, & sobrii essent in impositione manuum, si memoriæ mandarent factum Sancti Pontificis Leonis Magni, cui oranti (prout narrat Historia) ad Sepulchrum Apostolorum Petri, & Pauli pro remissione suorum peccatorum, auditum fuit responsum, remissa, & condonata fuisse præter peccatum impositionis manuum (idest quoad pœnam) Et quod dicitur hic observandum ab Episcopis in admittendis Clericis Sæcularibus, fortius congruit Superioribus Regularibus in recipiendis Clericis ad professionem, à quorum omnium vita, & exemplo præcipue pendet salus, & perditio fidelium populorum.

3. **UT HABITU.** Secundò, quod eorum habitus, debet esse modestus, & Religiosus, à veste laicorum penitus distinctus: Nam ut inquit *Ecclesiasticus* 19. *amicus corporis, & incessus hominis annunciant de eo*: Adeo ut si Episcopus (cujus est judicare, & præscribere de

forma, & qualitate habitus Clericorum juxta Concil. Trident. sanctionem *in cap. 6. sess. 14. de reform.*) inspecta qualitate loci, occasione temporis, conditione, & facultate Cleri, & personarum, vestem itinerariam toleret, hæc debet esse decens, usque ad genua inclusive protrahenda, non scissa, non affuta, aut vanis ornamentis fucata: quia si extra functiones Ecclesiasticas continuò vestem talarum Clericus justis de causis ex Canonis & Episcopi permissione non desert: brevior tamen quam induit, oportet decentem esse, prout idem Concilium præcipit *in cap. 12. sess. 24. de reform.* ibi -- *vestitu insuper decenti tam in Ecclesia, quam extra assidue utantur.* Qui ergo, nec veste, nec tonsura à laicis non vult distinguere, notam temeritatis videtur incurere, propriam dignitatem, & honorem parvipendere, & Religionem contemnere.

4. **CORDE PURO.** Tertio quod accedentes ad servitutem Dei, habeant intentionem immaculatam illi inserviendi, ipsumque ore, & corde laudandi: non autem quod se promoveri faciant propter finem lucrandi, ne in die judicii mercede vacui reperiantur; & à Christo Domino (qui est discretor cogitationum cordis) mereantur redargui cum Turbis quæ eum sequebantur, quibus ille aiebat -- *quærebatis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis, & saturati estis Jo. 6.* Debent quidem Clerici Ecclesiis inservientes vivere de Altari, sed Altare ad terrenum lucrum captandum, non debet inordinata cupiditate converti. Est enim maledictus, *qui facit opus Dei fraudolenter Jer. 48.* qui autem diligit cordis munditiam *habebit amicum Regem Prov. 22.*

5. **PSALLITE SAPIENTER.** Quarto, quod in recitatione horarum canonicarum sint sapientes, hoc est sapidè onus, & obligationem adimplentes, non tantum voce, & mente, quam tempore debito: Nam qui in Divino Officio persolvendo, etiam extra Chorum absque rationabili, & justa causa, tempus, & ordinem ab Ecclesia præscriptum non servat, sed coacervat, & præven-

rit,

rit, culpa non vacat: quia offendit rubricam in re gravi, & præsertim Sacerdos si celebret, matutinis laudibus non recitatis, ut tenet Michael Timot. *de sacrific. missar. tr. 1. q. 2.* sic inquit -- *Secundum communem Doctorum opinionem, si quis omisit matutinis celebraret, mortaliter peccaret, eo quod videtur contemptor Ecclesiasticæ consuetudinis. Hoc autem refert Biel in libello suo de expositione missæ. Hoc idem tenet Alberic. de Rosate in suo Dictionario in verb. missa, qui allegat ad hoc quodlibetum S. Thom. Aquinat. Novissimo loco hoc idem affirmat Lactantius Ranfoldus in tract. suo de exposi. missæ, videlicet quod præter casum necessitatis, mortaliter ageret Sacerdos, celebrans non absoluto matutino. Cum aliis pluribus, quos pro hac communiori sententia refert Gallemart. supra Concil. Trid. sess. 22. in Decret. de Sacrific. Missar. remission. vers. non esse peccatum: nam hæc rubrica præceptiva est Gavant. part. 3. tit. 11. num. 5.*

6. Veritas hujus sententiæ comprobatur ex facto, quem refert Bzovius ad annum Christi 1062. de Beato Pelegrino Archiepiscopo Colonensi, qui post mortem cuidam Clerico illius Ecclesiæ apprensus, dataque manu, tactu tantus eam ardor absorbit, ut undique carnes ejus resolutæ disfluere, & ossa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem Clericus -- *cur ea pestilens vorago costringit?* respondit -- *nihil in me remansit ultione plecendum præter hoc tantum: quia dum in Aula Regia constitutus, imperialibus consiliis me vehementer applicavi, canonice Synaxis officia per distincta horarum spatia non persolvi. Mane quippe omnia coacervans, simul tota die negotiis ingruentibus seculari libertate vacabam, ob hanc itaque negligentiam, ardoris hujus fero supplicium.* (hoc est in purgatorio) Si ergo in Viro Sancto (qui ex causa, quam quisque homo cordatus rationabilem judicasset, occupationes necessarias præveniando, recitationem officii Divini anticipabat) Deus invenit quam plecteret pravitatem: dicendum erit, quod hi, qui non ut negotia necessaria sibi commissa adimpleant, sed ut voluptatibus sæculi, ludis, & vacationibus vacent, Matutinum cum lau-

dibus tempore debito non persolvunt, piaculum grave committant, cui opinioni se subscribit Graff. *dec. aur. part. 1. lib. 2. cap. 40. numer. 5.* & iterum Gavant. *comment. in rub. missar. part. 2. tit. 1. litter. B.* ubi Sanctum Antonium, & S. Raimundum pro hac sententia refert, & postea inquit -- *quid facies pie lector in re tam dubia, in qua totidem sunt hinc inde auctores, pro affirmativa sanctiores; præterea verò duo Summi Pontifices Innocentius IV. & Pius V. qui collocavit hunc inter defectus graviores? Ego certè tutiorem, quæ in Rubrica est sequor sententiam.*

7. Septies autem in die psallimus, ad rememorandam Christi passionem, & resurrectionem. Etenim 1. diluculo celebrat Ecclesia laudes Matutinas, quia tunc notificata resurrectione per Angelos, reddita est Discipuli ad mutuum lætitia, & erecti sunt, qui titubaverant. Unde, & in cantu matutinali dicitur, & *erexit cornu salutis nobis in Domo David pueri sui.* Hora 2. Prima psallit Ecclesia, quia tunc Dominus Jesus traditus est vinculis Pilato. Eadem etiam hora post resurrectionem apparuit septem discipulis piscantibus, stans in litore, & dicens: *pueri num quid pulmentarium habetis.* Hora 3. Tertia psallimus, quia tunc linguis Judæorum crucifixus est Dominus, secundum illud: *denies eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus,* eadem etiam hora die Pentecostes in Cænaculo Syon super centum viginti viros, Spiritus Sanctus in igneis linguis descendit. Hora 4. Sexta psallimus, quia tunc super lignum extensus est Dominus, & aceto potatus, & tenebræ factæ sunt super universam terram. Hora 5. Nona psallimus, quia tunc Dominus Jesus inclinato capite tradidit Spiritum, & lancea perforatus, duo Sacramenta salutis nostræ, nobis propinavit, velum Templi scissum est, terra mota est, petreæ scissæ sunt, monumenta aperta sunt. Hora 6. Vespertina psallimus, quia tunc Dominus in cæna corpus suum, & sanguinem, sub formâ panis, & vini discipulis tradidit, & in memoriam sui, sic deinceps facien-

dum instituit. Eadem quoque hora sepultus est, & eadem hora, in fractione panis agnitus est à discipulis. In 7. crepusculo psallimus, quia tunc Dominus in agonia prolixius oravit in Horto, & factus est sudor ejus tanquam guttæ sanguinis decurrentis in terram. Eadem quoque hora vallatus est Custodibus, & eadem hora clausis januis stetit in medio discipulorum suorum, & ait *Pax vobis*; ut latius explicat Petr. Blessens. *de vit. mor. & offic. Presul. & Cleric. Serm. 3.* Et hæc adde pro supplemento ad jam dicta in primo tom. annot. ad litter. S. C. de doctrin. Christ. docend.

8. At quia pigritia, & infirmitas nostra, laudes cum ista intercapedine Domino solvere non patitur: saltem exemplo David. *Psal. 54.* mane, meridie, & Vespere narremus mirabilia ejus, scilicet mane, laudes matutinas; prope meridiem Horas, Vespere, Vesperas cum Completorio solvamus: quia non solum debemus facere, quod convenit; sed eo modo, quo convenit.

9. **PSALLITE ORE.** Quinto, quod extra Chorum Divinum Officium debeant recitare voce tam elata, ut se ipsos audiant: quia est injunctum per modum orationis vocalis. Primò pro excitanda interna devotione, unde *Psaltes dixit, ad ipsum ore meo clamavi, & exultavit sub lingua mea. Psalm. 65.* & alibi, *Latatum est cor meum, & exultavit lingua mea Psalm. 15.* Secundò pro aliorum exemplo, & instructione: *lucet lux vestra &c. Matth. 5.* audiant mansueti, & latentur. *Psal. 33.* Magnificate Dominum mecum. Tertiò pro linguæ obsequio, ut quod lingua percavimus, lingua satisficiamus, juxta Prophetæ effatum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. *Osee 14.* Quarto pro rei pretendæ commemoratione, unde Christus dixit *petite, & accipietis Jo. 16.*

10. **PSALLITE MENTE.** Sextò, quod verba proferant integrè, & cum attentione, corporis compositione honesta, locoque à distractionibus separato, ut præveniant Principes (idest Angeli) conjuncti psallentibus: quia ut ait Gregor. (quem refert *Cartusian in Epist. Jac. 1. artic. 7.*) *Dum vox psalmodiæ per intentionem*

*cordis agitur, tunc aut prophetica mysteria revelantur, aut compunctionis gratia inspiratur: Si autem per accidiam, quæ est torpor, & mœror de exercitio virtuoso, seu de Dei obsequio; & voluntaria mentis vagatione officium Divinum perfolvatur, erunt similes illis de quibus Dominus per Isaiam dixit: Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me 29. Marc. 7.*

11. **REATUS AD POENAM.** Septimò, quod Sacerdotes celebraturi, ita demum se præparare debent, ut omninò se ipsos non cognoscant ad hanc Christi corporis manducationem indignos, saltem ex lethali culpa indigna quandoquidem communicatio, Sacerdotem 1. peccatis illaqueat, 2. damnationem præparat, 3. proximum scandalizat, 4. mentem excæcat, 5. tentationi subjugat, 6. Deum irritat, 7. vitam temporalem breviam, 8. gratias demum donis spoliatur. Et hoc est, quod dicit *Psaltes 68. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, ecce primum, & in retributionem, ecce secundum, & in scandalum, ecce tertium: obscurantur oculi eorum ne videant, ecce quartum, & dorsum eorum semper incurva, ecce quintum: effunde super eos iram tuam, ecce sextum: fiat habitatio eorum deserta, ecce septimum: in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet, ecce octavum. Ne igitur tanti reatus penam subeant, si vitis sunt maculati, Sacrificium non offerant, cap. Sacerdotes 50. diff.*

12. **LECTIO SACRORUM LIBRORUM.** Octavò, quod Sacrorum librorum lectio, & doctrina, est viris Ecclesiasticis necessaria, ut possint se ipsos, & eos, qui illos audiunt salvos facere; ut Paulus scribendo ad Timotheum, & Ecclesiam suis monitis instruendo docuit: Lecturam proinde veteris, & novi testamenti, in qua testimonio Concilii Tridentini Celestis thesaurus continetur, non negligant: rubricas, & Ceremonias Ecclesiæ calleant: Doctrinam de Sacramentis, & de præceptis Decalogi, & in Catechismo Romano traditam, & à Viris doctis, & pietate præstantibus enucleatam possideant: Opuscula Sanctorum PP. aliorumque piorum hominum

minum de virtutibus tractantia, sæpè præ manibus habeant: & tandem studiis rerum Ecclesiasticarum, quæ mores, & disciplinam guberniumque Ecclesiæ informant, intellectumque erudiunt, vacent. Hæc enim est Exercitatio nostra, quam si repulimus, Christum, qui est pars nostra ignorabimus, *cap. sicutis dist. 38.* recedemus è vita in qua ingressi sumus, scandalizabimus plurimos, & erimus contemptibiles Populo *Malach. 2.* immolabimus hostias, & Dominus non suscipiet eas; quia scientiam in nobis voluit plusquam holocausta. *Osee 6. & 8.*

13. **DONARE PROHIBEMINI.** Nonè, quod Clerici debent redditus quos ex Præbendis, Beneficiis, Pensionibus, & aliis bonis, & titulis Ecclesiasticis percipiunt, dempta eorum congrua sustentatione, juxta decentiam status, pauperibus erogare, non autem consanguineis (nisi pauperes sint) donare, & distribuere, vel familiares augere: hocque definitum legimus in *Concil. Trid. cap. 1. de reform. sess. 25.* ubi Decretum est ita -- *Omninò verò eis interdicit, nè ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresve suos, augere studeant, cum, & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, Consanguineis donent; sed si pauperes sint, ut pauperibus distribuant: eas autem non distrabant, nec dissipent illorum causa.*

14. Et quamquam Decretum hoc loquatur principaliter de Episcopis: Cæteros etiam Ecclesiasticos comprehendit per continuatam Orationem sequentibus verbis -- *Quæ verò de Episcopis dicta sunt eadem non solum in quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, tam Sæcularia, quam Regularia obtinentibus pro gradus sui conditione observari, sed & ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit.* Hæc igitur Decreti dispositio, cum sit repetitiva ejusdem formæ servandæ ab Episcopis, certum est, quod omnes Beneficia, & res Ecclesiasticas possidentes, ligantur Decreto, quod cum sit præceptivum cum dictione absoluta *Omnino*, inducit præcisam necessitatem, & obligat ad mortale, nec nullam interpretacionem contrariam admittit Sperell-

*decif. 81. num. 84. & 85. & decif. 181. nu. 83.* Adeo contrafacientes dicantur raptores: ita illos vocat *Joan. Herolt. vulgò Discipulus Serm. de tempore 3.* ubi quaestioni sic respondit -- *Item quaeritur Clerici, qui expendunt Patrimonium Cruciatum Meretricibus, utrum teneantur ad restitutionem? Respondetur, quod Clerici, qui res, sine bona Ecclesiæ, donant meretricibus, histrionibus, vel etiam suis Consanguineis, non ad sustentationem naturæ, sed ut possint eos ditare de patrimonio Cruciatum raptores sunt, & tenentur ad restitutionem. Quaeritur ulterius de quibus rebus debent restituere? Respondeo, si habent Patrimonium Sæculare, vel aliquid de artificio, vel de labore manuali, de istis possunt restituere; sed de rebus Ecclesiæ non sufficiunt restituere, quia quicquid eis superest, præter victum, & amicum, hoc debent dare pauperibus. Unde dicitur in Decreto, bona Sacerdotum sunt bona pauperum, &c. nisi sibi subtraherent de necessariis, vel nisi res, quas habuerunt de Patrimonio, vel de artificio expendissent in usum Ecclesiæ.*

15. Et est etiam doctrina Div. Tho. in *sum. 2. 2. volum. 5. quaest. 185. art. 7. ad 2.* ubi hæc habet -- *Et idè si quod alicuius Episcopi, vel alicujus Clerici est deputatum, velit aliquid subtrahere & Consanguineis, vel aliis dare, non peccat, dummodo illud faciat moderate; idè ut non indigeant, non autem ut ditiores reddantur: undè Ambrosius dicit in lib. 1. de offic. cap. 30. Hæc est approbata liberalitas, ut proximos seminis tui non despicias, si egerere cognoscas; non tamen ut illos ditiores feri velis ex eo, quod tu potes conferre in opibus. Ratio autem præcipua hujus propositionis, oritur ex altera non minus tuta, quam communiori apud eundem Div. Thom. loco citato (ubi allegat Sanct. Augustinum) Jo. de Paris. *tract. de potest. Reg. & papal. cap. 6.* Petr. de Alliaco. *Cardin. & Episcop. Cameracens. lib. de Ecclesiastic. auctor. Gerson. in tract. de temper. in cib. pot. & vest. Prælat. aliosque Theologos ex PP. celeberrimis notæ, qui firmant, Viros Ecclesiasticos, esse bonorum Ecclesiasticorum administratores, & dispensatores, &**

non nisi jus utendi ad sustentationem secundum exigentiam, & decentiam personæ, & status in illis habere, Vecch. de Eccles. militant. lib. 1. cap. 4. num. 19.

16. Propriorum autem bonorum verum dominium habent, & possunt tam Episcopi, quam Beneficiati licet de redditibus, & proventibus Ecclesiæ vivere juxta decentiam status, & patrimonium una cum fructibus servare ad alium usum & de eo disponere, etiam aliis donando, ut tenet expressè D. Thom. ubi supra Sot. de just. & jur. lib. 10. quæst. 4. art. 3. Molin. tom. 1. à disput. 142. ad 145. Imò quod si expenderit aliquid se bonis patrimonialibus, & liberis, in expensis necessarias suæ sustentationis, vel in elemosynas, possint tantundem accipere ex bonis Ecclesiasticis, & sibi in usus liberos reservare, docent communiter Canonistæ in cap. Episcopus de præbend. ubi Innoc. Host. & Abb. quorum opinionem amplexa fuit Rot. in dec. Caputag. 301. lib. 1. idque licitum esse in conscientia tenuit Abb. in sua disp. 4. incipien. Titus clericus num. 3. & à n. 12. usque ad fin. Barbat. de præstant. Cardin. quæst. 6. à num. 7. ad 17. & rationem reddit Molin. de just. & jur. tom. 1. disp. 145. post princ. Fagnan. in cap. si quis sanè de pecul. cleric. num. 6. cum seqq.

17. Et de illis libere disponere posse etiam favore illegitimatorum non obstante Bulla Pii V. la 117. tenent Mart. de success. legal. part. 1. quæst. 17. art. 2. n. 8. Cherubin. ad dict. Bull. schol. 2. Nam licet ob resistantiam præfatæ Constitut. Clerici non possint donare, nec alio quovis modo disponere ad commodum illegitimatorum etiam legitimatorum, nec directè, nec per interpositam personam, tamen hæc Bullæ prohibitio non comprehendit bona patrimonialia, sed solum bona quæ proveniunt ex Beneficiis, fructibus, Pensionibus, & aliis titulis Ecclesiasticis, ut observant citati Authores: nec tollit dispositionem proveniente à jure communi, Rot. coram Seraphino dec. 478. num. 4. & decis. 1358. per totum.

18. Imò in Urbe, & intra decem miliaria vigore Indulti Pauli V. de quo in

Bullario tom. 3. Constit. 18. possunt Clerici tam Originarii, quam Incolæ quicumque sint (non tamen decedentes extra residentiam) de quibusvis fructibus, redditibus, & bonis Ecclesiasticis undecumque quæsitis liberè, tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, & tam favore Consanguineorum, quàm extraneorum disponere, quo verò ad illegitimo in §. 3. hujus Indulti, sic disponitur -- *Declarantes quod si contingat dictos Clericos, & alias Ecclesiasticas Personas præfatas disponere de ipsorum bonis in favorem illegitimatorum (non tamen ex eorum proprio corpore procreatorum) tunc, & eo casu, quoad bona, & cura, & alias res ipsorum disponentium merè patrimonialia, & laicalia in dicta Urbe, & illius districtu, ut supra consistentiâ, nec Camera, nec ipsi illegitimi in illis ullo modo succedant, sed ad venientes ab intestato, juxta juris dispositionem spectent, & pertineant, quavis alia Constitutione forsan contrarium disponente non obstante.* Hæc ultima verba, tollunt è medio Constit. 100. Sixti V. quæ jubet relicta illegitimis contra Bullam Pii V. Camera Apostolicæ applicari.

19. Et generaliter, quod non obstante Bulla Pii V. possit Clericus, imò debeat, filias suas etiam Spurias alere, & dotare de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, si patrimonialia non adsint, & spurix non habeant aliunde, quod alantur, & dotentur, per text. in cap. cum haberet de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter. & alia jura firmant ex professio Navar. in comment. de spol. Cleric. §. 19. num. 11. & in consil. 4. de test. Spad. cons. 222. per tot. Barbol. super dict. cap. cum haberet num. 6. & 10. ubi num. 11. limitat hoc in casu, quo Spurii ex sua arte, vel operibus vivere possunt.

20. **NOLITE INGREDI IN GALGALA, ET IN BETHAVEN NE ASCENDATIS.** Per Galgala significatur luxuria: Nam Galgala volutabrum interpretantur, in quo, qui carnis spurcitas amat, volutatur, juxta illud D. Petri 2. *Sus lota in volutabro luti.* Luxuria enim sive fornicatio est prohibita de jure Divino ante Christi

Passionem in Deuter. 23. non erit Meretrix de filiabus Israel. Tob. 4. attende tibi fili mi ab omni fornicatione, præter Uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire, Eccles. 19. qui se jungit fornicariis erit nequam, & putredo, vermes hereditabunt illum, Jer. 5. Filii tui dereliquerunt me, saturavi eos, & machati sunt, & in Domo Meretricis luxuriabantur, Prov. 23. Fovea profunda est Meretrix, Osee 4. Cum Meretricibus conversabantur, & cum effeminatis sacrificabant, & Populus non intelligens vapulabit: Post Christi verò Passionem, iterum in Concilio Apostolorum damnata est Act. 15. hoc decreto - Visum est enim Spiritui Sancto, & nobis nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: ut abstineatis vos ab immolatis Simulacrorum, & sanguine, & suffocato, fornicatione &c. Item à D. Paulo Gentium Doctore, in hoc legationem Divinam fugente 1. Cor. Colof. 3. Ep. 5. Thes. 4. dicens in hac ultima, hanc esse voluntatem Dei, & quod spernentes præceptum, Deum ipsum spernant.

21. **BETHAVEN** Autem interpretatur Domus Idoli, & significat avaritiam, quæ est Idolorum servitus, cui qui ascribitur accumulatur sibi causam copiosam reprobationis; cum Sapiens dicat Eccles. 10. quod nihil scelestius sit avaro, & nihil sit iniquius, quam amare pecuniam: Quapropter cum virtus castitatis sit propria Ministrorum Ecclesiæ, & inservientium Altari, & Avaritiæ suspicio procul abesse debeat ab ordine Ecclesiastico, ut monet Concil. Trid. cap. 1. sess. 21. de reform. ideò Episcopus in hac Epistola Pastoralis, suos Clericos hortatur, ut fugiant vitium oppositum primæ, & abhorreant malitiam secundæ, sciens quod si fiat, totus Clerus reformatus erit: nam conturbet Domum suam, qui sectatur avaritiam, qui autem odit munera, vivet, Proverb. 15.

22. **NEMO IMPLICAT SE ILLIS**. De occupationibus illicitis Clericorum plura dixi tom. 1. tit. 5. annotat. ad Form. 9. de Vit. & honest. Cleric. & in Appendic. annotat. ad Litter. Congregat. Episcop. pag. 357. ad quæ me refero: nunc verò tantum addo, quod inter negocia, seu

artes eis prohibita, sæpè in Sac. Canonibus repetitum legitur officium Procuratoris in Seculari judicio, seu foro apud quem postulare non possunt præsertim si sint Beneficiati, aut in Sacris Ordinibus constituti, nisi pro se ipsis, pro Ecclesia, aut si necessitas imminet pro miserabilibus personis, text. sunt clari, & aperti in corpore juris Civilibus Auth. de Sac. Episcop. §. Deo autem versic. aliam, & in corpore juris Canonici in cap. quæ Episcopus 5. quæst. 3. cap. nullus 11. quæst. 1. cap. credo & seqq. 21. quæst. 3. cap. 1. & cap. Sacerdotibus de vit. & bon. cleric. cap. 1. & ultim. de postulan. & ratio talis prohibitionis asseritur in cap. perlatum distint. 88. per hæc verba - Quoniam res hæc, & ipsum vilem relinquit, & reverentiam Sacerdotalem annihilat quod verissimum esse experientia comprobatur. Neque dicant Clerici Curiales, quod in Urbe hoc munus etiam à Sacerdotibus, Papa tolerante exerceatur: qua cum ibi reperiantur suprema Tribunalia Ecclesiastica ( prout sunt omnes Congregationes Cardinalium ) in quibus, vel ritus Ecclesiastici, vel Decreta Concilii Trident. vel Immunitas Clericorum, vel Regularium utriusque sexus constitutiones, aut locorum Piorum Privilegio proponuntur, & examinantur: non est mirum si huiusmodi negocia coram eisdem Cardinalibus ( Papam representantibus ), & in quibus proceditur sine strepitu, & tela judiciaria, & sola facti, & juris veritate inspecta, dirigi, proponi, & defendi permittatur, etiam à Presbyteris.

23. Cæterum si Presbyteri in Urbe præter negocia spectantia ad Cardinalium Congregationes, & alia id genus suscipiant etiam negocia profana forensia coram Judicibus laicis defendenda, non sunt excusandi prætextu tolerantia ( si hæc adesset ) quia talem tolerantiam Papa rescripto non approbat; sed dicitur potius corruptela, cum sit consuetudo irrationabilis, & contra expressos Canones, & bonos mores, & tolerantia esset permissiva, & non approbativa, ratione ( fortè ) multi-

radinis, quod non excusat à peccato, ut bene distinguit Graff. *dec. aur. part. 1. lib. 1. cap. 14. num. 12.* Barbol. *de jur. Eccles. cap. 40. num. 85.* latè Sperell. *dec. 133. nu. 19.* & tribus seqq. Guazz. *jun. ad defenf. anim. lib. 2. de Judic. c. ultim. ad 6. n. 24. circa fin. Navar. consil. 3. num. 11. de emption. & vend. constitur. Egidian. lib. 3. c. 20.* ibique Gaballin. *n. 1. 2. & 3.* imò Papa non solum hoc tacitè non approbat: sed expressè etiam in Urbe reprobatur per Edicta, quæ sæpè promulgat per suum Vicarium, quibus expressè huiusmodi prohibitio legitur verbis sequentibus. *Cbe li Sacerdoti non possono procurare, avocare, diffendere, ne fare alcun atto nelle cause siano civili, ò criminali avanti li Tribunali laicali, eccetto, che nelle cause dalli Sac. Canonici permesse, & allora debbasi impetrare la licenza da Noi ò n. iscritto gratis.*

24. **VICTUQUE FRUGALI.** Parca vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutem nutrit, animum roborat, mentem ad Cœlestia elevat: ideoque Clerici non debent pretiosa fercula quærere, & habere; tum quia ita faciendæ expenderent superflua (pauperibus eroganda (in usum pravum: tam quia dilatando se in voluptate comedendi, & bibendi principaliter propter cibum, & potum delectabilem, exponerent se periculo peccandi peccato gulæ, & fierent inimici Crucis Christi, de quibus loquitur Paulus ad *Philip. 3.* Tum demum quia essent proximi mali exempli, & destruerent opus Dei: nam ut dicit idem Apostolus ad *Rom. 14.* *bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur: idèò quinque reprehensibilia sunt circa commestionem. Primum, concedere ante debitum tempus: hoc est antequam Deo homo aliquem actum reverentiæ exhibuerit. Secundum, quærere delicata cibaria diligentiam multam apponere. Tertium nimis multum sumere de cibo, & potu. Quartum avidè sumere cibum. Quintum varietatem ferculorum quærere. Sicque ita caro nutrienda est ut ferviat, sic domanda est, quod non superbiat.*

25. **CUM GRATIARUM ACTIONE.** Clerici antequam cibum sumant, debent

*Monacelli Form. Pars II*

mensam benedicere, & post mensam ratias Deo agere *c. quando il 1. & c. non liceat 44. dist.* & hac de causa in Breviario Romano ponitur Ritus benedicendi Prandium, & Cenam; qui à pluribus tum Clericis, tum laicis servatur.

Ven. Fratribus Parochis, & Curatis Civitatis, & Diocesis nostræ N. salutem & benedictionem in Domino Sempiternam.

F O R M U L A II.

S U M M A R I U M.

- 1 Parochi debent cognoscere mores suorum subditorum.
- 2 Parochi tenentur continud residere, nec possunt à Parochia discedere sine Ordinarii licentia, nec per modicum tempus.
- 3 Parochus Regularis cogitur ab Episcopo ad residentiam cum Socio in Domino Parochiali.
- 4 Parochis, qui non habent habitationem in Parochia, quomodo sit providendum, ostenditur, & n. 5. & 6.
- 7 Parochus tempore pestis, tenetur ad residentiam.
- 8 Parochus non faciens residentiam in Parochia quomodo sit multandus, demonstratur.
- 9 Parochi contra prophanatores dierum festivarum, debent declamare.
- 10 Parochi debent docere doctrinam, & traditiones, quas docet, & tenet Ecclesia Catholica.
- 11 Doctrina SS. PP. & conciliorum tenenda est, non autem, quæ Spiritum Ecclesie relaxat.
- 12 Sacramentum pœnitentiæ, an conferat gratiam pœnitentibus ex solo metu gebennæ, ostenditur, & num. 13. 14. 15. & 16.
- 17 Sacramenta sunt gratis administranda non obstante contraria consuetudine.
- 18 Decreta Sac. Congr. Concil. obligant tanquam leges in utroque foro.
- 19 Parochi tenentur saltem diebus festis,

T stis,

- flis, Sacrificium applicare pro populo.
- Maritus tenetur alere Uxorem, etiam si illam duxerit sine Dote, ibi.
- 30 Curati amovibiles tam Sæculares, quam Regulares tenentur Sacrificium offerre pro Populo dictis diebus ibid.
- Collegiata Ecclesia si est Parochialis tenetur celebrare Missam Conventualem pro benefactoribus, & Missam Parochialem pro Populo, ibi.
- 21 Episcopi, imo, & Summus Pontifex, tenentur frequenter pro Orbibus suis Sacrificium offerre. n. 22. 23. 24. 25.
- 26 Prælati Regulares tenentur pro subditis frequenter Sacrificium offerre.
- 27 Matrimonii clandestini Species enumerantur, & pœnæ.
- 28 Matrimonium clandestinum tertiæ Speciei, nullam habet præsumptionem validitatis.
- 29 Parochus assistens Matrimonio contra prohibitionem Episcopi, potest puniri. Testes, qui assistunt Matrimonio, contra prohibitionem Episcopi, & Ecclesiæ, si sunt in dolo, possunt puniri, ibi.
- 30 Matrimonii impedimenta, quæ nullitatem inducunt, vel in eo remanere aut libertatem impediunt adducuntur, & n. 32.
- 31 Cognatio spiritualis an contrahatur ab eo qui tenuit confirmatum, cum de infirmorum per errorem, ostenditur.
- 33 Matrimonii dispensatio obtenta super impedimento consanguinitatis in forma pauperum, falsò narrata paupertate, est valida. Dispensatio matrimonialis concessa inter Consanguineos ob angustiam loci, est exequenda, etiamsi testes deponant homines loci esse omnes pares. ibid.
- 34 Matrimonium contractum coram Parocho non Sacerdote, est validum. Item contractum coram Parocho cuius provisio prætenditur nulla ex defectu Examinatorum Synodaliū. ibi.
- Matrimonium contractum coram non Parocho, qui ex consuetudine reputatur talis, non tenet, ibi.
- Matrimonium contractum coram Vicario Generali, est validum, ibi.
- Matrimonium contractum ab educanda coram Parocho intra curiam Parochiam situm est Monasterium, est validum ibi.
- Procurator ad contrahendum matrimonium, potest esse tam masculus, quam femina, dummodò sit pubes.
- 35 Martyrium sine effusione sanguinis, est triplex.
- 36 Paradisum non ingreditur, qui non peritur tribulationes. Opiniones laxæ sunt fugiende.

**D**iffessurus Paulus ab Ecclesiis Asiæ timens, quod in sua absentia Christi plebem lupus mactaret, & disperderet; vocatis, maioribus Ephesi, intonuit auribus eorum illa emphatica verba. Attendite vobis, & universo Gregi, in quo vos Spiritus Sancti posuit Episcopus regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine sui. Sollicitudo Apostoli, quem Deus elegit gentium Doctorem monet, & Charitas Christi urget nos vobis (qui coadministratores in regimine, & gaudium meum estis) illa repeteret: ut ejusdem electionis participes, dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis. Nolite enibescere testimonium Domini nostri, sed collaborate Evangelio secundum virtutem Dei, qui vos vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia.

Elegit inquam nos Deus Fratres dilectissimi, & posuit nos regere Ecclesiam hanc N. ut fructum afferamus, & fructus noster maneat docendo scilicet veritates fidei, & monendo ad conversionem morum, orando

orando ad intercessionem pro nostra, & Populi ignoranta. De primo loquitur Dominus apud Matthæum -- *Euntes docete omnes gentes.* De secundo legimus in Jeremia -- *Ecce constitui te super gentes, ut evellas, & destruas, & disperdas, dissipas, & edifices, & plantes.* De tertio ait Apostolus: *Primum omnium rogo fieri obsecrationes, orationes, postulationes pro omnibus hominibus.* Quandoque in arbitrio fuit curam Animarum non recipere, semel autem susceptam, non amplius licet abjicere: Deus ergo nunc exigit à nobis oblatum, qui non exegerat offerendum: voluntas in necessitate translata est, & vinculo spiritualis matrimonii, arctatur promissa reddere, quæ in contrahendo distinxerunt labia nostra.

**AGNOSCITE** ergo diligenter *vultum pecoris vestri*, Gregemque vestrum commissum considerate, nolite pascere vosmetipsos: sed publice peccantes, & eos, qui *ordinem Ecclesie pervertunt*, & perturbant redarguite; observate eos, qui ponunt offendicula, & declinate ab illis à quibus etiam ut Oves vobis commissæ declinent, satagite. Attendite lectioni, exhortationi, & Doctrinæ, ut vosmetipsos, & eos, qui vos audiunt salvos faciatis. Quod tenet, & docet Ecclesia tenete: quia Jesus Christi heri, & hodie. *Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci.* Quod infirmum est consolidate, quod ægrotum sanate, quod confractum alligate, quod abjectum, vel perditum quærite, & ad ovile reducite; ne Dominus in die visitationis suæ oves de manu vestra (quod absit) ut Propheta clamat requirat: citò enim, & horrendè nobis apparebit: Obsecro itaque vos per misericordiam Dei, ut in sapientia ambuletis ad eos, qui foris, & quæ ædificationis sunt, custodiat; ne quis vos vituperet in ministerio, quod ministratur à vobis. Pascite Oves creditas (peccata eorum portantes) in charitate non ficta; quærentes non quod vobis utile est, & quæ vestra sunt, sed quod multis, ut salvi fiant.

Quid est Oves pascere nisi Evangelizzare subjectis; reddere Deo populum acceptabilem verbo, opere, & exemplo: dirigere vias Domini, & parare Domino plebem perfectam. Non in verborum splendore, aut astutia verbum Dei adulterantes, sed in operum virtute, totam prædicandi fiduciam ponite: non vocibus delectemini populorum acclamantium vobis; sed fleatibus. Doctrina vestra consistit in verbis, & factis: nam verba sine operibus vana, & infructuosa sunt; ideoque garrientes voce Propheta carpit dicendo -- *seminastis multum, & intulistis parum.* Mementote (scientibus legem loquor,) quod Christus, qui est bonus Pastor, prius cœpit facere, & postea docere, ut ait Sanctus Lucas; & ideò prius vocavit nos sal, postea autem lux; quia prius est bene vivere, secundum autem bene docere, Plus enim nocet (ut ait Divus Chrysostomus) exemplo suo malo, Sacerdos quam prædicando prodest; per eos etenim qui docent, & faciunt, magnificatur Deus, per eos etenim qui docent, & faciunt blasphemantur. Sint ergo lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, ut Christus imperat nobis; non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. Væ, Væ Præfidentibus vitam car-

Prov. 27.

Rom. 16.

1. Tim. 4.

Hebr. 13.

Ezec. 34.

Matt. 18

Luc. 15.

Ezec. 34.

Sap. 6.

Gal. 4.

Rom. 14.

2. Cor. 8.

Levit. 10

Petr. B. of.

de Vit.

Pres. Ep.

11.

2. Cor. 4.

S. Prosp.

de Vit.

com. emp.

Sacer. l. 1.

cap. 23.

nalem, negligentem, inflatam, & scandalosam ducentibus: quoniam uniuersa Subditorum peccata in eos redundant.

1. Cor. 4. Vigilemus, itaque, & sobrii simus Frates carissimi, & exemplo bonorum operum forma Gregis effecti; Nos existiment homines ut ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei; sollicitè curantes, nosmetipfos exhibere operarios inconfusibiles. Sacramenta bene disponitis, gratis administrate. Sine intermissione orate: *Sacrificia bene dispulo offerre non cessetis. Matrimonia clandestina repellite.* Charitatem fraternitatis seruate; patientes ad omnia, & misericordes in omnes; quia beati eritis. In ubertate, in paupertate, in castitate, *Martyres estote*, scientes quod labor uester non est inanis. Vanam huius Mundi gloriam, & quæ in Mundo sunt despiciite (præterit enim figura huius Mundi,) cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Oves vobis creditas, in Cœlestis Patriæ beatitudinem (quam Deus repromisit diligentibus se) *per angustam portam*, monitis, & increpationibus iugiter compellite intrare; ut cum Princeps Pastorum ad iudicandum venerit, ei dicere possitis; ecce quos dedisti mihi, non perdi ex eis quemquam, & ipse reddet vobis coronam gloriæ, quam, & mihi conseruo vestro conferre dignetur ille, qui regnaturus est in æternum Amen.

## ADNOTATIONES.

1. **AGNOSCITE VULTUM PECORIS VESTRI.** In præcedenti Epistola Pastoralis, Episcopus Clerum monuit de disciplina seruanda: hic autem Parochos, & Rectores Animarum excitat voce Diuinorum Oraculorum, ad officium Pastorale diligenter exercendum, illosque instructos reddit de eorum obligationibus. Et Primò quod debeant cognoscere oves proprias intus, & incutim, quod sit continua residentia, & vigilantia, qui enim non residet in Parochia continuò custodiens vigilias noctis super Gregem suum hic non est Pastor, qui salutetur ab Angelo, nec qui curet flagitia depellere, morbidasque Oves sanare.

2. Hęc autem præcisa obligatio residentia est adeò stricta, ut non possit nisi causa cognita, & approbata ab Episcopo, suppleri per substitutam, neque interrumpi per frequentem absentiam quantumvis modici temporis, aut modicæ distantia sive itineris intercapedinem; ut declaravit *Sacr. Congr. Concilii in una Fulginaten. 10. Maii 1687.* in qua propositis ad instantiam Episcopi sequentibus dubiis nempè.

I. An Rectores Parochialium distantium per duo, tria, aut quatuor miliaria citra à civitate, possint sine Episcopali licentia à suis Ecclesiis Parochialibus, relicto ibidem substituto ab eis deputato, & in civitate, tam diurno, quam nocturno tempore iugiter commorari exceptis solis diebus festis in quibus ad dictas Ecclesias se conferunt recurrentes illico ad civitatem?

II. An Parochi, qui nocturno ceteroquin tempore resident apud suas Ecclesias, possint celebrata summo mane in suis Ecclesiis Missa se conferre ad civitatem, & in diurno tempore totius, vel minoris partis anni commorari, licet apud dictas Ecclesias adsint eorum substituti?

III. An dicti Parochi, qui ceteroquin diurno tempore resident apud suas Ecclesias, possint nocturno tempore tota, vel majori parte anni commorari in civitate, licet in ad. Ecclesiis adsint eorum substituti? *Sacr. Cong. ad omnia respondit Negatiuè lib. 37. Dec. pag. 301.*

3. Imò si Parochus esset Regularis qui adhuc hodie in Ecclesiis Monasteriis unitis ex permissione Ordinarii vel

vel ex privilegio, potest Curam exercere) possit Episcopus illum cogere ut apud Ecclesiam Parochialem una cum socio resideret; prout alias eadem Congreg. declaravit in *Bobien.* 16. Martii 1630. ad 3. lib. 14. Decr. pag. 408.

4. In locis verò ubi Domus Parochialis, vel quæ conducì possit intra fines Parochiæ non adest, esset providendum juxta instructionem olim datam ab eadem Congregatione Episcopo Nolano sub die 8. Februarii 1581. tenoris sequentis Reverendissime Domine, quæ ampl. tua libello bis litteris conclus. Sacr. Congregat. Cardin. Concilii interpretum exponenda curavit de Parochialibus Ecclesiis in sua Diocesi habitationem pro Rectoribus non habentibus ubi etiam sæpè accidit, ut nulla Domus, quæ conducì possit à Rectore reperiat, ita respondendum censuerunt. Rectores Parochialium prædicatorum, ex earum annuis redditibus minus 60. Ducatis monetæ usitate in Regno Neapolitano percipiunt, liberos esse debere a contributione pro Domibus ædificandis; seu Capitulum, cui ille unitæ sunt, Patronos, ac alios ad quos fructus aliqui ipsarum Ecclesiarum perveniunt, aut in illorum defectum Parochianos juxta dispositionem Concilii c. 7. sess. 21. contribuere cogendos esse. Illos autem Rectores qui ex his Parochialibus plus 60. sed non ultra centum Ducatos ejusdem monetæ annuatim percipiunt, quoque suam una cum prædictis, aut cum Parochianis, juxta prædictam formam judicio tuo conferre debere: quòd si annui fructus pro Rectore excedant summam centum Ducatorum, alios gravandos non esse, sed ex dictis redditibus Parochialibus tantum pro ædificatione Domus esse sumendum quantum ampl. tua convenire arbitrabitur lib. 13. Decr. pag. 248.

5 Et in alia *Cathacen.* 16. Decembris 1634. rescripsit -- Ad refectionem Ecclesiarum cogendos esse earundem Ecclesiarum Rectores: quòd si redditus ipsarum Parochialium non sufficiunt, Episcopum juris remediis juxta formam cap. septimo, sess. 21. ipsos Parochianos cogere debere, & interim curare, ut ipsi Rectores intra limites suarum Parochialium in Domibus conductis, vel aliis permaneant lib. 15. Decr. pag. 134.

Monacelli Form. Pars II.

6. Si autem omnes, tam Parochus, quàm Parochiani egestate premantur, & de habitatione intra fines Parochiæ provideri illi non valeat: tunc licitum erit de licentia Episcopi, in Parochia viciniori, residentiam facere, ut eadem Congregatio consultata respondit in *Literen.* 19. Januarii 1636. in qua sic habetur -- Ad 2. circa Parochos intra limites suarum Parochialium Domus non habentes, EE. PP. censuerunt, si vera sint, quæ in ipsa relatione exponuntur, posse Episcopum pro suo arbitrio, & conscientia permittere, ut Parochi, qui neque ex fructibus Parochialis, nec alio modo, ædes in Parochiali construere, seu alias intra suarum Parochialium fines conducere possint, inhabitent Domos in alienis Parochiis vicinioribus stas lib. 15. Decr. pag. 300.

7. Ad hanc insuper residentiam tenentur Parochi, etiam tempore pestis, & cogi posse declaravit eadem Sacr. Congr. Concilii Mediolanen. 13. April. 1630. in qua sic rescripsit -- Censuit Parochos tempore pestis teneri in Ecclesia Parochiali residentem, illosque cogi debere ad præscriptum cap. primi, session. vigesimatertia, de reformat. & Parochianis peste laborantibus Sacramenta baptismi, & pœnitentiæ per se, vel per alios idoneos omninò ministrare, & supradicta esse significanda Archiepiscopo, & aliis Episcopis per litteras Sacr. Congregat. factaque relatione Sanctiss. Domino nostro sub die 16. ejusdem, Sanctitas sua approbavit, & exequi mandavit, & exequutum fuit lib. 4. Decret. pag. 263.

8. Quando igitur Parochi residentiam continuam non faciunt, & Episcopus ad formam dict. cap. primi, session. 23. vult contra illos procedere, & multis, & pœnis cogere; non potest ad sequestrationem fructuum Parochiæ procedere, nisi Parochus citato, & si subtractio fieret sine citatione, nulliter ageret, & fructus restituendi essent, ut declaravit dicta Congregat. in *Sabinen.* secundo, Septembris 1581. lib. 54. Dec. pag. 164. Si verò Parochus sine licentia residentiam intermiserit ultra duos menses tunc potest, & debet compelli per Episcopum ad restitutionem fructuum pro rata

temporis absentiae juxta præditum Decretum Concil. Trid. cap. 1. §. si quis autem sess. 23.

**9 ET EOS, QUI ORDINEM ECCLESIAE PERVERTUNT.**

Secundò quod non solum peccata publica remove satagant; sed etiam illos, qui vel solemnitates profanant commensationibus, ludis, choreis, & ebrietatibus, quasi festi dies in honorem Dei, Sanctorumque, per luxum, & lasciviam agantur, & non ad illorum imitationem excitandam, mores componendum, pietatem, & religionem colendam, vel tempore septuagesimæ (in quo Ecclesia ad repræsentandam Adæ, & Ævæ prævaricationem, totius generis humani exilium, & perditionem, deponit omnia cantica lætitiæ, & ad pœnitentiam assumendam fideles invitat, induit, & provocat,) incipiunt insanire actionibus ludifactoriis, quibus Animas avertunt, redarguere: in hos inquam tamquam ordinis perverfores exurgere, & declamare debent Parochi, & causam Dei tueri: si enim ut benigni suis subditis videantur, verentur peccantium linguas, periculo damnationis se exponunt.

**10 TENETE.** Tertiò admonet, eos sinceritate colubina tenere, & docere debere doctrinam, quam tenet, & docet Ecclesia, non quæ contra illius dogmata, & traditiones, docent Auctores, quamvis magnæ auctoritatis, qui monumenta sæcularium revolventes, tam prophana, quam Sacra confundunt, & tam traditiones, quam canones sub eorum criterio supponentes, nihil certum relinquunt, sed omnia, vel in dubium revocant, vel fictitia esse pronuntiant, vel apocripha, ut autem Parochi fideles dispensatores persistant, hoc unum scire utile est: quod non omnia, quæ ad doctrinam Catholicam pertinent, nec Christus, nec Apostoli scriptis mandarunt, sed fidei discipulorum per sermonem multa commiserunt; hocque clarè patet ex actibus Apostolorum, ex quibus habetur cap. decimosexto, quod Paulus Ecclesiarum Visitator -- Tradebat eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis, & Senioribus, & scribentes Thessalonicensi-

bus dicit eis. Itaque Fratres stete, & tenete traditiones, quas didicistis sive per Sermonem sive per Epistolam. Qui ergo evangelizat nobis præterquam quod evangelizat Apostolus, & præter id, quod ab Ecclesia Catholica accepimus anathema sit; sed semper cum D. Hieronymo studio habemus audientibus loqui, quod publicè in Ecclesia didicimus Concil. Trident. sess. 4.

**11 DOCTRINIS VARIIS, ET PEREGRINIS NOLITE ABDUCI.**

Quartò, prosequendo Episcopus theoreticam præcedentis admonitionis, cautos illos reddit in selectione bonorum Auctorum: cum enim hac nostra tempestate creverit usque ad excessum libido opinandi, & opinionum acervus ac diversitas, & tam in facultate rerum moralium: quam in Ecclesiæ, & Clericorum disciplina: veritas (quæ una est, & quam falsò nonnulli dicunt illustratam) obnoxia dubiis conspiciatur; bonus Episcopus, qui sanam doctrinam in sua Diocesi debet tueri; propositiones Modernorum laxas, quæ spiritum Ecclesiæ extinguunt, vel relaxant, propellere hic nititur, & eidem spiritui, & doctrinæ Christi Sponsæ, quæ ex Evangelio, Divinis litteris, sacrique PP. & Conciliis oritur: quantum possibile erit, & tempora, & ætates permittunt, firmiter cum suis Parochis, adhærendum declarat; quia Christus, qui illam regit, & informat, est semper idem. Neque Philosophorum argumentis (quos Divus Hieronymus scribens ad Cresiphontem adversus Pelagium vocat Patriarchas Hæreticorum) delectatur; sed Apostolorum simplicitati acquiescit sciens illud scriptum -- *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo, 1. Corinth. 1. de quibus loquitur Div. Paulus ad Timot. primo, cap. primo, cum dicit quidam Aberrantes conversi sunt in vaniloquium volentes esse legis doctores non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.*

**12 BENE DISPOSITIS.** Quintò monet, quod Officium est Parochi, reddere fideles adultos catecheseos dispotos, ad suscipienda Sacramenta, ut grotiam 2.

tiam quam conferunt, vel augent, recipere mereantur. An autem in Sacramento poenitentiae (quod dicitur Sacramentum mortuorum) quis dicatur dispositus ad impetrandam gratiam justificationis cum sola attritione, quae concipitur ex metu gehennae excludens voluntatem peccandi cum spe veniae: vel potius exigatur aliquis actus dilectionis Dei, seu charitatis dubia olim & acriter agitata erat quaestio inter Theologos morales Saeculi mox elapsi: afferentibus quibusdam negantibus aliis; cui impositum fuit silentium ab Alexandro Papa VII. qui suo Decreto neutram ex dictis duabus sententiis inter se pugnantibus, Censurae Theologicae subijciendam esse declaravit, donec à Sancta Sede, aliquod hac in re esset definitum, ut ibi: *Sanctissimus D. N. Alexand. Papa VII. cum acceperit non sine gravi dolore animi, Scholasticos quosdam acriter, nec absque fidelium scandalo inter se contendere, an illa attritio, quae concipitur ex metu Gehennae, excludens voluntatem peccandi cum spe veniae ad impetrandam gratiam in Sacramento Poenitentiae, requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei (asserentibus quibusdam, negantibus aliis, & invicem adversam sententiam censurantibus) Sanctitas sua &c. auditis votis Cardinalium adversus haeticam pravitatem Generalium Inquisitorum, necnon Consultorum, & Qualificatorum Sac. Congregat. ejusdem Inquisit. Hoc praesenti Decreto in virtute Sanctae obedientiae, & sub pena excommunicationis latae sententiae Sanctae Sedi reservata, aliisque poenitentibus, aut Scholares, ceterosque erudiant, non audeant alicujus Theologicae censurae, alteriusve injuriae, aut contumeliae nota taxare alterutram sententiam, sive negantem necessitatem alicujus dilectionis Dei in praesata attritione ex metu Gehennae concepta (qua*

*hodie inter Scholasticos communiter videtur) sive afferentem dictae dilectionis necessitatem, donec à S. Sede fuerit aliquod hac in re definitum, statuitque praeterea Decretum hoc ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, & in Aede Campi Florae affixum, omnes ubique existentes arctare, & afficere, ac si unicuique personaliter fuisset intimatum. Datum &c. 5. Maii 1667.*

13 Caeterum sententia, quae docet, ad Sacramentum poenitentiae dignè recipiendum sufficere attritionem ex motivo supernaturali conceptam, tuta mihi videtur. Primò quia Sacramentum poenitentiae non alio pacto potest appellari Sacramentum mortuorum (uti illud vocant Concilia, & Patres) nisi quia habet causare ex vi suae institutionis primam gratiam, seu gratiam delativam peccati mortalis; adeoque solum requirit attritionem, seu dolorem, & conversionem ad Deum insufficientem per modum meriti ad impetrandam primam gratiam, ut docet *Concil. Trident. sess. 14. cap. 4.* nimirum dolorem requisitum ad dignè suscipiendam absolutionem Sacramentali esse attritionem, quae concipitur metu Gehennae ex impulsu Spiritus Sancti, Quo (sunt verba Concilii) poenitens aditus viam sibi ad justitiam parat, quamvis sine Sacramento poenitentiae, per se ad justitiam perducere peccatorem nequeat, tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento poenitentiae impetrandam disponit; hoc est componit, sufficit, ut ex attrito fiat contritus, modo duo concurrant. Primum quod hic timor excludat voluntatem peccandi. Secundum ut sit cum spe veniae, ut bene docet *Graff. decision. aur. part. prima, lib. primo, cap. secundo, num. 7.*

14 Secundò quia si non sufficeret attritio, sed requireretur actus dilectionis, non appareret quo pacto forma absolutionis, esset actus judicialis, & Sacramentum poenitentiae secunda tabula post naufragium. Nam cum actus dilectionis sive contritio habet delere peccatum, si ipsam requireret Sacramentum poenitentiae ex vi suae institutionis, semper supponeret peccatum jam

sublatum esse, & jam infusam primam gratiam: cuius oppositum docet Trident. *dict. decis. 14. cap. secundo*, ubi loquens de hoc Sacramento, sic ait -- *Ante hoc Tribunal tanquam reos sisti voluit ut per sacerdotum sententiam, non semel, sed quoties ab admissis peccatis, ad ipsum poenitentes confugerint, possent liberari.* Et in *cap. 6. Quamvis autem absolutio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium, vel annuntiandi Evangelium, vel declarandi esse remissa peccata, sed ad instar actus judicialis, quo ab ipso, velut à Judice sententia pronuntiatur.*

15 Tertiò; quia sicuti timor subversionis in Ninivitis, pervenit ad dolorem charitate formatum: ita timor Gehennæ (quod est donum Dei) dolore inchoato, perducit in hoc Sacramento poenitentem ad justificationem: *Quamobrem (subdit Trident.) falsò quidam calumniantur Catholicos scriptores quasi traderint Sacramentum poenitentiae absque bono motu suscipientium, gratiam conferre.*

16 Quarto, quia hanc sententiam tenent D. Thom. in *summ. part. supplem. q. 10. §. respondeo dicendum art. 1.* Scot. in *4. dist. 14. qu. 4. §. attritus etiam*, Suarez *tom. 4. in 3. part. disp. 20. sect. 1. concl. 1.* ubi hæc habet -- *Hanc conclusionem existimo hoc tempore adeò esse certam, ut non possit absque errore negari: docentque alii plures magni nominis Scriptores, & Theologi, tandem probat, & admittit Ecclesia, quod non permetteret si tuta non esset, exponendo periculo invaliditatis Sacramentum, cum damno tot Animarum: adeoque non includitur in propositione 1. ex damnatis ab Innoc. XI: quæ dicit: Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiore &c.* quia Decretum loquitur de propositionibus merè probabilibus, & non de nostra quæstione, super qua adest specificum Decretum Alexandri VII. supra relatam, quo præcipit, quod nullus audeat illam censura Theologica taxare, donec à Sancta Sede hac re in aliquod fuerit definitum.

17 GRATIS ADMINISTRATE.

Sacramenta omnia gratis administranda sunt: Cum enim Christus Salvator noster, qui illa instituit dicat in *Apostol. cap. 23. Qui sitit veniat: & qui vult accipiat aquam vitæ gratis*: debemus nos Presbyteri hanc aquam, quæ est gratia, quam gratis per susceptionem eorundem recipimus, gratis aliis communicare: ut prius decreverunt Sacre Congregationes, quarum Decreta confirmavit, & expressè servari mandavit Taxa Innocentiana, per viam legis universalis publicata (saltem in nostra Italia) de anno 1679. adeò ut nec à sponte dantibus pro illorum administratione recipi possit, sed tantum si pro eleemofyna offerretur, juxta Decretum *Sacr. Congregat. Concil. emanatum sub die 1. Februar. 1693.* quod refert Gallemart. *supra Concil. Trident. sess. 22. in Decret. de obser. in celebr. Missæ. n. 1.* & non obstante contraria consuetudine *Sacr. Congregat. Rit. Squallen. 27. Martii 1697.*

18 SACRIFICIUM PRO POPULO OFFERRE NON CESSET. Parochus, sive Rector, qui curam habet Animarum ex Concilii Trident. Decreto *cap. 1. sess. 23. de reformat.* Sacrificium pro ovibus suis offerre tenetur: quam obligationem saltem diebus festis de præceptu (si Congruam pinguem non habeat, sed tenuem) adimplere astringitur, sæpè sepius declaravit *Sacr. Congregat. Concilii* ad quam privativè pertinet jus, Concilium interpretandi, & obligandi subditos Ecclesiæ ad observantiam suarum declarationum in utroque foro: quia cum fiant auctoritate à Papa Cardinalibus tradita interpretandi Concilium, ut patet ex *Bulla Pii IV. 81. & Sixti V. 74. Bull. tomo secundo*, eorum Decreta non differunt à lege declarata *l. hominis, & n. §. verbum ex legibus ff. de verb. signif. l. apud testament. §. mulier ff. de testam. & ideo non sunt novæ leges, sed ipsæ leges Concilii prius obscuræ, & dubiæ, aut malè intellectæ, prout reassumendo fundamenta Fagnan. in *cap. quoniam de Constitut. explicat P. Fælix Potest. Panormit. in suo Exam. Ecclesiast. verb. lex cap. secundo, quæst. 6. num. 214. cum tribus sequentibus tom. 1.**

19. De-

19. Decreta autem, quæ hoc firmant, relata jam fuere in annot. ad form. 2. tit. 2. tom. 1. & in Appendic. in annot. ad Bullam Innoc. XII. de celebr. Miss. num. 9. quibus hic addo recentiora videlicet, in Pampilonen. 18. Novembris 1702. & 31. Maji 1704. & in Camerinen. 28. Junii 1704. quibus omninò parendum erit: nulla habita consideratione ad tenuitatem Congruæ Parochorum: quia excusatio ista, semper fuit rejecta, & explosa: Nam sicuti qui ducit Uxorem pauperem sine nulla, vel parva Dote, se excusare non potest, nec se subtrahere ab oneribus matrimonii, ut docent Surd. de alim. tit. 1. quest. 32. num. 11. Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 26. n. 21. cum aliis pluribus ab eis allegatis; ita qui acceptat Parochiam exilis redditus, tenetur onera Parocho injuncta adimplere: argumentum etenim à matrimonio carnali ad Spirituale optimè concludit, cum pari passu ambulent: & Parochus sibi imputare debet, cur sponsam pauperem acceptaverit, Pirhing. in jus Can. lib. 3. tit. 23. num. 19. Nam volenti non fit injuria, & à nullo prohibebitur, si quis gratis velit servire, & voluerit propriis expensis militare. Ad quod animadvertens Supremus Ecclesiæ Speculator Sanctissimus D. N. Clementis XI. in admonitionibus, quas singulis annis ante diem Cinerum R. R. Curatis, & Vicariis. Curatis, sive perpetuis, sive ad nutum amovibilibus, sive Sæcularibus, sive Regularibus Ecclesiarum Parochialium Almæ Urbis ante Sanctitatem suam congregatis salubriter facit, hujusmodi oneris (zelo quo pollet) adimplerentur commemorat, & fortiter injungit.

20. A qua obligatione de jure non exemptur Curati amovibiles, neque Curati Regulares: Quia amovibilitas non tollit, qui habeant Curam animarum, unde tempore quo illam exercent Divino præcepto obstringuntur, ut pro Oribus eorum Curæ commissis Sacrificium præscriptis diebus applicent, quapropter Sac. Congreg. Visitationis Apostolicæ post Instructionem novissimè latam, præfactum onus in omnibus Ecclesiis Parochialibus Urbis etiam Regularibus, &

Vicariis in Missarum Tabellis, & adimplerentur in Missarum perpetuarum libris adnotari mandavit, necnon quotannis rationes exigit. Et hinc benè inferitur, quod in Collegiatis Ecclesiis, quibus Cura animarum incumbit, non satisfiat dicto oneri celebrando duntaxat Missam Conventualem, sed quod debeat celebrari etiam ( præsertim diebus festis) Missa Parochialis pro Populo: & ratio evidens est: quia eadem Missa non potest satisfieri pluribus obligationibus distinctis, cum unaquæque illarum obliget ad substantiam Missæ ex proprio titulo Passerin. de stat. hom. tom. 2. quest. 187. art. 4. num. 691. & seqq. Missa enim Conventualis, quæ est pars Officii, celebratur pro defunctis benefactoribus juxta dispositionem Text. in cap. cum creatura de celebr. Missar. Donat. prax. rer. regul. tom. 3. tract. 7. quest. 102. per tot. Pignatell. consult. 321. tom. 1. pariter per tot. Missa verò Parochialis pro Populo erit celebranda tanquam onus injunctum ex præcepto Divino omnibus Rectoribus Curam Animarum habentibus, ut infra latè ostenditur.

21. Hæc autem obligatio applicandi Sacrificium pro Populo, non solum ligat Parochos, aliosve Animarum Rectores, sed etiam Episcopos, qui dicuntur Parochi Parochorum totius Diocesis, & quibus principaliter incumbit Cura Animarum, quia cum hujusmodi obligatio promanet à Divino præcepto ( ut mox dicam ) Nec etiam Summus Pontifex, qui est Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, omniumque Christi fidelium curam gerit videtur exemptus, hocque clarè evincitur ex Epistola Divi Pauli ad Hebr. 5. ubi Apostolus sic inquit: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & Sacrificia pro peccatis.* Et paulò post: *& propterea debet quemadmodum pro Populo, ita etiam, & pro semetipso offerre pro peccatis.* Et cap. 8. *Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur.*

22. Item ex Decreto Concilii Trid. sess. 23. cap. 1. de ref. ubi habentur hæc præ-

præcisa verba -- Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus Animarum Cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre &c. Ex his inquam oraculis effulget veritas assumptæ propositionis: Cum enim tam D. Paulus, quam Concilium, includant Præsules omnes, quibus committitur Cura Animarum, non ambigitur quin Episcopi graventur hoc onere: ipsis enim primario Ovium custodia data est, cæteris autem Parochis subministratio; ut bene observat D. Thom. 2. 2. part. 3. quæst. 184. art. 6. ad 2. ubi sic scribit -- Ad 2. dicendum quod Episcopi principaliter habent curam Ovium suæ Diocesis: Presbyteri autem Curati, & Archidiaconi, habent aliquas subministraciones sub Episcopis, & post pauca -- Ex quo patet, quod ita se habeant ad Episcopum (idest Presbyteri Curati) sicuti Balivi, vel Præpositi ad Regem, & propter hoc sicuti in mundanis potestatibus solus Rex benedictionem solemnem accipit, alii vero per simplicem commissionem instituuntur, ita etiam in Ecclesia, Cura Episcopalis cura solemnitate consecrationis committitur. Cura autem Archidiaconatus, vel Plebanatus cum simplici injunctio. Et ad tertium prosequitur dicendo -- Ad 3. dicendum, quod sicuti Plebani, & Archidiaconi, non habent principaliter curam, sed administrationem quandam, secundum quod eis ab Episcopo committitur: ita etiam ad eos non pertinet principaliter pastorale officium, nec obligatio ponendi Animam pro Ovibus, sed in quantum participant de Cura.

23. Quapropter, si Parochi, & Curati, qui dicuntur habere solummodo Curæ administrationem, & de ea participare, tenentur pro Populo sacrificium offerre, prout allegata Decreta determinant, hinc jure inferitur, quod multo magis ad id ardentur Episcopi, quibus tanquam veri Ovium Pastores cura illarum principaliter reperitur commissa, ut probat Sanctus Doctor, & in eis litteraliter verba Concilii verificentur: Quod, & pro indubitato supponunt Patres, & D. D. Sanctus enim Hieron. agens de virt. Episc. in comment. Epist. ad Tit. 1. dicit -- Si autem laicis imperatur ut pro-

pter orationem abstineant se ab Uxorum coitu: quid de Episcopo sentiendum est, qui quotidie pro suis Populi peccatis illibatas Deo oblaturus est victimas? Et scribens Fabiolæ de vest. Sacerd. Epist. 128. ait -- Ego si fecero, si dixerò quippiam, quod repræbensione dignum est, de Sanctis egredior, & polluo vocabulum Christi in quo mihi blandior: quanto magis Pontifex, & Episcopus quem oportet esse sine crimine, tantarumque virtutum, ut semper moreretur in Sanctis, & paratus sit victimas offerre pro Populo, sequester Dei, & hominum.

SANCTUS VERO BERNARD. De vit. & offic. Præsul. in prolog. vitæ S. Malachie Episc. Boni Præsulis Typum describens, & mores Præsulum suorum temporum inquit -- Illi (idest mali Præsules) mar supia vacuant subditorum, iste (idest Episc. Malach.) pro peccatis eorum altaria cumulat votis, hostiisque pacificis.

PETR. BLES. De vit. mor. & offic. Præs. epist. 9. Scribens super Epistola D. Pauli ad Hebr. 5. dicit -- Omnis Pontifex ab hominibus assumptis, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro Rege, & Populo ut si iratus est ei Dominus, Sacerdos mediis intercedat.

CARTUS. Super Apoc. art. 3. in principio hæc notat -- Præsul Angelus nominatur, quia in terris Angelicam vitam imitari tenetur per mentis, & corporis castitatem. In carne siquidem sine carne vivere Angelicum perhibetur. Secundò per contemplationis sinceritatem. Tertio per Gregii sui vigilantem custodiam. Quarto per eam qua inter Deum, & hominem sequester est mediationem. Nam sicut Angeli nostra obsequia offerunt Deo, orantque pro nobis, & Dei munera gratiosa nobis referunt, & precurant, ita Episcopus Gregii sui preces, vota & hostias immolat Deo, cujus gratiam impetrat Populo.

BARTHOL. de Martyr. in 2. par. sim. Past. cap. 4. §. 1. circa fin. ad Episc. sermones habens addit. -- Officium Sacerdotis est sacrificare, orare, docere, visitare si Episcopus est, quid dignius, aut quid Ovibus utilius, quam Pastore offerre quotidie vitam, & passionem Christi Deo Patri p. oculis

24. Neque dicas autoritates hujusmodi esse potius hortativas, quam approbativas talis obligationis: quoniam DD. isti idem admonitivè loquuntur, in quantum absolutè supponunt obligationem jam ab Apostolo promulgatam adesse, quam iterum post eos Tridentinum, canonica definitione meritò comprobavit, Neque supponas in praxi contrarium servari: quia contraria obfervantia, si quæ adesset (quod non credo) esset profecto damnabilis: cum præceptum Divinum per contrarium usum abrogari non valeat. Unde concludendum est, quod Episcopi si non quotidie, saltem frequenter pro Populo & Ovis sibi commissis, Sacrificium offerre teneantur, quod est aded certum, ut in Oratione Missæ Episcopi, qua decem ab hinc sæculis utebatur Ecclesia Romana, & quam refert per extensum Card. Bona in *appendic. tract. rer. liturgic.* legantur inter cætera sequentia verba -- *Præbe Deus autem Sacrificiis nostris, & me mihiq; commissos adscribe in paginis. quo cum grege mihi credito, & à cuncto elevari crimine, & ad te merear pervenire in pace &c. & paulò inferius -- Suscipe Domine nostrorum votorum libamina, & per hæc quidquid in subditos correctionis verbo, vel merito impertimur, non ad discordiam nostri, sed ad dukcedinis percipiæ gaudium, & nobis, & illis profecisse gaudeamus &c.*

25. EX HAC IN QUAM ANTIQUÆ LITURGÆ. Oratione ad oculum ostenditur Præsules, non nisi pro se ipsis, & Populo sibi commissis hostias offerre debere: quod rectè callens Leo olim Episcopus Thelesinus, in suo *tract. Theaur. for. Eccles. par. 1. cap. 3. num. 33.* scriptum reliquit -- *Tenantur Episcopi diebus Dominicis, & festis solemnibus, legitimo cessante impedimento missam celebrare, pro quo facit Concil. Trident. cap. 2. sess. 2. quia habeant curam Animarum totius Diocesis arg. text. in c. 14. de reform. sess. 24. & est acsi dixisset debet saltem diebus festis celebrare, quia pro Populo, ejus curam susceperunt; Sacrificium offerre tenentur, prout clarius expressit Barbof. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 11. num. 88. ibi -- Debent Episcopi Oves sibi Commissas bonorum operum exem-*

*plo pascere & pro eis frequenter orare, & sacrificia Deo offerre: Hæc tam clara & certa, ut neminem cordatum Episcopum invenias, qui velit rem in dubium revocare.*

26. Et quod dicitur de Parochis, & Curatis, ac de Episcopis extenditur ad Prælatos Regulares, ut sunt Generales Ordinum, Provinciales, & Priores Conventuales: nam cum sint Priores, & Parochi, & habeant Curam Animarum cum jurisdictione in utroque foro fuorum subditorum, ut probant Donat. *prax. rer. regular. tom. 2. tract. 9. de Prælat. quest. 4. num. 1. & 5. & tr. 10. de potest. Prælat. quest. 1. num. 8. & 9.* compræhenduntur absque dubio sub dispositione Conc. Trid. & idem tenentur frequenter pro Ovis suis Sacrificium offerre, ut bene firmant Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 2. disp. 5. quest. 5. num. 5.* ubi hæc habet -- *Si autem erit sermo de Abbate, pro ut Prælati personam gerit, dico præcepto Divino teneri Sacrificium offerre pro Ovis suis, quia ut ait S. Paulus ad Hebr. 3. omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur ut offerat dona, & Sacrificia pro peccatis. Ex quo sequitur, cum præcepta affirmativa obligent data opportunitate ex S. Thom. 2. 2. quest. 33. art. 2. teneri Abbatem celebrare pro Ovis suis juxta opportunitatem; Quibus autem diebus, & an quotidie teneatur celebrare, nullam invenio determinationem, hoc unum scio, quod Abbas tenetur de levissima culpa, & tenetur adhibere exactissimam diligentiam tanquam diligentissimus Pater familias, ut sui subditi tanto Sacramento, & Sacrificio sæpè adjuventur, & recreentur, imò debet præcavere, ne aliis suspicionem male vitæ præbeant, quod equidem sequeretur si rardè celebraret. Qua in re multis in Abbate aggravantibus conditionibus, Sacerdoti, Parochiali, & Pastoralis ipsius animæ, & subditorum salutis consentaneum esse affirmarem, illum, & præcipuè Regularem, qui Prælati personam in Monasterio gerit, debere vel quotidie, vel saltem sæpissimè Sacrificio huic præstantissimo vacare.*

27. MATRIMONIA CLANDESTINA REPELLITE. Clande-

sti-

fnitatis tres species assignantur à Canonistis : prima , quando matrimonium contrahitur coram testibus Parocho absente ; secunda verò , quando illo præsente sine testibus : tertia , quando testibus , & Parocho præsentibus , sed culpabiliter non præmissis denuntiationibus in Ecclesia , quæ clandestinitatis species in eo differunt , quod solum prima , & secunda causat nullitatem matrimonii , non autem tertia , in eo autem conveniunt , quod utraque dicitur odiosa , & restringenda quoad fieri potest , cæteris aut solemnitatibus omissis , non clandestinum , sed minus solemne appellatur matrimonium Guttier. *de matr. cap. 55. n. 1. & seqq. Sanch. eodem tract. lib. 3. disp. 1. num. 3. & seqq.* ubi dat concordantes : Qui autem matrimonium celebrat præsente Parocho , & testibus , omissis culpabiliter denuntiationibus , pœnas contrahit , quæ matrimonio clandestino jure antiquo per *cap. fin. de clandest. despons. impositæ* erant Castropal. *oper. moral. tom. 6. tit. de spons. punct. 13. §. 3. num. 3. & §. ult. num. 1.* Tambur. *oper. moral. lib. 8. de matrim. tract. 6. cap. 3. §. 2. num. 14.* Dicitur autem culpabiliter : quia si omitterentur de licentia Ordinarii , nulla pœna incurritur , Parochus verò qui tale matrimonium prohibere neglexit , vel dedit alteri licentiam assistendi , suspendendus esset ab officio per triennium , & juxta culpæ qualitatem puniendus *d. cap. fin. de clandest. despons. Concil. Trid. cap. 1. de reform. matr. sess. 24.*

28. Matrimonium Clandestinum tertiæ speciei nullam habet validitatis præsumptionem pro se : nam regula quæ solet allegari , quod in dubio standum sit pro matrimonio , non militat quando fuit clandestinè contractum contra ordinationem Ecclesiæ , & formam traditam à Concilio , tunc enim cum habeat pro se notabilem suspicionem ut dixit Rot. *cor. Pamphil. decis. 246. ubi Add. n. 22. & 23.* Judex contra illud in dubio semper judicare debet Barbof. *Vot. 1. num. 137.* Capon. *disc. 23. num. 22. & 23.* Tambur. *in explicat. Decalog. lib. 8. de matr. 6. c. 2. §. 3. nu. 15.* ubi sic firmit -- *Addit idem de Lugo licet matrimonium esset dubium & in dubio so-*

leat præsumi in favorem validitatis matrimonii , tamen quia in hoc Parochus fuit invidius , & non præcessere denuntiationes , unde hoc matrimonium secundum jura fuit clandestinum , illi non est favendum , quia ut sic causa est odiosa , idest contra jura clandestina matrimonia irritantia , & consequenter non erit validum pronuntiandum.

29. Unde quia frequenter accidit , quod hi , qui fortè impediri possunt nè contrahant , excogitant modum non solum denuntiationes fugiendi , sed , & Parochos fraude decipiendi , & talia clandestina matrimonia faciunt , idè Episcopus Animarum Præsules monet , ut toto conatu studeant illa ab eorum Parochiis depellere. Porrò Episcopus non tantum sic contrahentes , sed , & Parochos ipsos culpabiles , imò , & testes punire potest , ut respondit Sacr. Congreg. Concilii sub die 10. Febr. 1629. in qua porrectis Quæstis.

- I. An Episcopus possit punire contrahentes matrimonium contra ejus prohibitionem contractum ?
- II. An eos qui contrahunt coram Parocho ex causa justa dissonantiam ?
- III. An eos qui contrahunt contra denuntiationibus ?
- IV. An possit punire testes intervenientes in supradictis casibus ?
- V. An possit in eisdem casibus punire pœnis pecuniariis , locis tamen piis applicandis ?

Sac. Etc.  
Ad 1. 2. & 3. respondit Episcopus posse.

Ad 4. posse quatenus testes sint in dolo.

Ad 5. pariter respondit Poss. Et in Savonen. 2. Martii 1594. respondit matrimonium contractum servata forma Concilii esse validum , etiam si contra Episcopus inhibuisset Parocho , licet hic puniri valeat ob inobedientiam lib. 8. Dec. fol. 106.

30. Quare Animarum Rectores non solum , ut matrimonia clandestina tollant.

lantur invigilare debent; sed & impedimenta; quæ nullitatem, vel per quæ in illis permanere jus prohibet prudenter investigare, & ad notitiam Episcopi deducere, & tandem ea, quæ libertatem eorundem impediunt remove. Puta in prima specie de eo, qui delictum poligamiæ commisit, & pœnitentiam, seu pœnam trirremium jam explevit: hic enim non potest cum secunda denuo matrimonium contrahere, quamvis prima legitima Uxor decesserit, absque dispensatione Apostolica, quia obstat ei impedimentum criminis *Sacra Congregatio Concilii in S. Severini 19. Julii 1604.* In secunda de eo, qui obtinuit litteras dispensationis super gradu prohibito Consanguinitatis, & illis non præsentatis contraxit, vel carnaliter Sponsam cognovit: hic etenim absque nova dispensatione in matrimonio permanere non potest *Sacra Congregatio Concilii die .... Maii 1635.* Item de eo, qui sponsalia contraxit cum muliere inhonesta: hic enim non potest à Consanguineis impediri ne matrimonium contrahat, ut respondit *Sacra Congreg. Episcop. in Recineten. 25. Junii 1619.* Item in alio, cui opponatur impedimentum affinitatis ortum ex fornicatione: nam nisi ser. ser. concludenter coram Ordinario probetur nihil obstat quo minus matrimonium contrahi possit, *Sacra Congreg. Concilii in Tudertina 24. Januarii 1632.* Item in eo, qui obtenta ab Ordinario licentia matrimonium contrahendi temporibus ab Ecclesia vetitis, opponatur impedimentum traductionis sponsæ ad Domum; Nam huic, traductio impedienda non est, quia data licentia pro Matrimonio contrahendo, censetur quoque concessa facultas traductionis Sponsæ ad Domum dummodo fiat absque solemnitate *Sacra Congregat. Concilii die 10. Junii 1689. lib. dec. 34. fol. 156.* Item in eo, cui opponatur impedimentum cognationis spiritualis (si non sit confirmatus) per susceptionem alicujus in Sacramento confirmationis; nam impedimentum ad effectum contrahendi matrimonium non contrahitur, quando non confirmatus su-

scepit aliquem in dicto Sacramento *Sacra Congregat. Concilii in Lycien. 13. Junii 1654.*

31 Quid autem dicendum; si Sacramentum confirmationis collatum esset ab Episcopo per errorem cum Oleo Infirmorum, vice Olei Sacri Chriftimatis? De hoc dubitatum fuit in *Sacra Congregatione Concilii tempore quo muneris Auditoris felic. record. Cardinalis Petrucci fungebat, cui Eximio Viro, votum meum sic aperui: Dubium oritur inter DD. An Balsamum, quod est infundendum cum Oleo Chriftimatis, sit de necessitate, & essentia Sacramenti; vel potius de necessitate præcepti.* Cajet. Navar. Coninch. Valenz. Ledesm. Vega, Diana, Graff. & alii relati à Rentio in *Encycloped. de Sacram. & Censur. tract. 3. cap. 1. quæstion. 2.* tenent esse necessarium necessitate præcepti, non autem de essentia Sacramenti. Et sic secundum istorum Sententiam Sacramentum confirmationis collatum cum Oleo sine Balsamo non debet reiterari absolute, seu sub conditione per text. in *cap. Pastoralis de sacram. nov. reitor.* Alii autem scilicet, Basil. Pont. Villalob. Baun. Averf. & alii ibidem à Rentio citati affirmant Balsamum esse de essentia Sacramenti, quam sententiam innixam referunt in *Bulla Eugenii IV. de concord. Armenor. impressa in Bullar. tom. 1. in ordine la 19. in qua §. 11. sic dicitur -- secundum Sacramentum est confirmatio, cujus materia est Chriftina confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientie, & ex Balsamo, qui odorem significat bonæ fame.* Ex quibus Bullæ verbis solide inferunt, Balsamum esse de essentia Sacramenti, adedut si ex his duobus deficiat unum character non imprimatur: huic secundæ sententiæ adhæret Fagnan. in *cap. cum venisset num. 53. de Sacrament. unct.* ubi hanc Bullam tanquam publicatam in Conc. Gener. Florent. vocat Decretum fidei. Verum quia contraria sententia habet pro se DD. graves, & est valde probabilis consulendum putarem partes, ut petant dispositionem ad cautelam. Hinc sub die 4. Aprilis 1693. proposito in S. Congr. dubio -- *An matrimonium*

contrahi possit à Titio cum Berta, quæ fuit Matrini filia Titii suscepta ex primo matrimonio in Sacram. Confirmationis collato ab Episcopo per errorem cum Oleo infirmorum? fuit rescriptum -- Ad mentem. Et mens fuit, ut Episcopus insinuaret partibus, quod procurarent dispensationem ad cauthelam.

32. Insuper qui matrimonium contraxit cum Berta, & postea ante consumationem declaratum fuit nullum ob metum cadentem in constantem Virum, poterit ducere in Uxorem Sororem ejusdem Bertæ, quia tali casu nullum ei obstat impedimentum, ut declaravit *Congr. Concilii* 22. Martii 1664. secus si matrimonium esset nullum ob non servatam formam Concil. aut ex alia causa: quia tunc oriretur impedimentum justitiæ publicæ honestatis eadem *Congregat.* 8. Novembr. 1584. & in *Cesenate.* 18. Junii 1611. lib. 11. dec. fol. 39. causa disparitatis est: quia in primo casu nullus adest consensus (qui est causa efficiens, & formalis contractus) & sic inde ortum habere non potuit impedimentum: at non sic in secundo, in quo consensus non deficit, sed solemnitas, vel adest impedimentum, quod contractum dirimit jure Ecclesiastico positivo.

33. Item, qui dispensationem obtinuit super impedimento consanguinitatis in forma pauperum, falsò narrata paupertate eicitur validè dispensatus, & proles legitima, ut respondit *Sacra Congregatio Concilii* 9. Septembris 1679. lib. 3. dec. fol. 406. Et si dispensatio matrimonialis reperitur concessa inter consanguineos *angustiam loci*, exequenda, etiam si testes deponant homines loci esse omnes pares, *Sacr. Congregat. Episcop. in Albanen.* 13. Februarii 1596. & *Sacr. Congregat. Concil. in Bisacciarum* 19. Junii 1706.

13. Item scire debent Parochi, quod matrimonium contractum coram eis ad formam Concilii, validum est, etiam si ipsi adhuc Sacerdotes non sint *Sacra Congregatio Concilii in Abulen.* 1593. lib. 7. dec. fol. 193. vel eorum provisio nulla prætendatur ex defectu Examinatorum Synodali: nam etiam tunc pro valido habendum est eadem *Congregat. in Cene-*

*ten.* 31. Julii 1627. lib. 13. decif. pag. 315. Non tamen si quis non est Parochus, licet Consuetudini tanquam talis reputetur: quia Consuetudo non potest tollere incapacitatem personæ inductam à lege, ut in specie de Parocho Rot. coram *Carrino* decif. 1538. num. 29. & ideò non potest habilitare illum, qui non est Parochus contrahentium, ad autorizandum Sacramentum matrimonii, *Congr. Concil. in Toletan.* 31. Maii 1704. Item quod contrahi potest validè non solum coram Sacerdote habente facultatem à Vicario Generali, sed coram Vicario Generali met perinde ac coram Parocho *Congr. Concil.* 4. Julii 1602. lib. 10. Dec. fol. 47. Sanchez de *matrim. disput.* 29. num. 18. lib. 3. Item quod contractum à Puella, quæ existit in Monasterio pro Educatione, ad Crates Monasterii coram Testibus, & Parocho Ecclesiæ Parochialis intra cujus limites situm est Monasterium, validum reputatur, etiam si Parochus fuerit alio prætextu vocatus, nisi aliud obstat *Congregat. Concilii in Turritana* 10. Decembris 1648. lib. 18. dec. pag. 563. ex doctrina Sanchez de *matrim. lib. 3. disput.* 23. n. 12. & 13. Passerin. de *stat. bom. tom. 2. quest.* 187. art. 1. num. 896. Et tandem, quod Procurator ad contrahendum matrimonium nullam habet à jure præscriptam ætatem, nec sexum, & tam masculus quam fœmina (dummodò puberes sint) possunt esse Procuratores, *Capon. discept.* 159. n. 14. Sanch. de *matrim. lib. 2. disp.* 11. n. 15.

37. MARTYRES ESTOTE. Martyrium sine effusione Sanguinis secundum D. Bernardum triplex est. Primum est parcitas in ubertate: quod Martyrium gravius, quam inter Epulas efurire, inter vestes algere, inter divitias paupertatem substituere? videre delectabilia. & non gustare cum possit, est factis grave: nam ibi vincitur natura, quæ semper appetit delectabilia: ideoque qui hæc facit, mirabilia facere dicitur *Eccles.* 31. Secundum Martyrium est largitas in paupertate; hanc habuit illa Vidua, quæ obtulit duo æra, de qua Christus apud *Luc.* 21. dixit plusquam omnes misisse in gazophylacium: affe-

Aus enim offerentis plus placet Deo ,  
quàm munus . Tertium est castitas in  
Juventute , hæc enim est Deo tam ac-  
cepta , quod pro Martyrio Spirituali re-  
putatur . Unde dixit *Sanctus Ambrosius* quod  
major est Victoria Virginum , quam An-  
gelorum : Angeli enim sine carne vi-  
vunt , Virgines , verò in carne trium-  
phant . Et *Sanctus Augustinus* , quod in-  
ter omnia certamina Christianorum du-  
riora sunt prælia castitatis : Nam conti-  
nua pugna , ratiõ victoria . Et *Tertull.* in  
exhort. ad castit. dicit , *Quod majus est vi-  
vere in castitate , quam pro ea mori .* Unde  
Episcopus monet hic suos Parochos , ut  
alacriter hoc genus Martirii subeant , ut  
possint suis subditis dicere venite post me ,  
sicut Salvator noster dixit discipulis suis  
*Matth. 4.*

36 PER ANGUSTAM PORTAM .  
Hoc est docendo rudes , doctos , & indo-  
ctos , sanam doctrinam : viamque quæ  
ducit ad vitam esse arctam , & portas  
Paradisi angustas ; & per multas tribu-  
lationes passas eas ingredi oportere *Act.*  
14. Item fugiendo opiniones Authorum  
nova , & curiosa sectantium , & præser-  
tim illorum , qui nimia indulgentia tol-  
lunt , & peccata relaxant , & conscien-  
tias decurrant , & Christum , qui veri-  
tas est , & non fallitur ( portas has Pa-  
radisi , figmentis , ratiociniis , & specu-  
lationibus dialecticorum , & Philoso-  
phantium dilatando ) mendacem quasi fa-  
ciunt .

Dilectis Filiis Civibus , &  
Populo N.

FORMULA III.

SUMMARIUM .

- 1 Petri primatum ostenditur ex Actibus  
Apostolorum .
- 2 Nullus Pontifex cecidit à fide , & ex-  
culpantur *Marcellinus , Liberius ,*  
*Honorius , & Jo. XXII. & num. 3. 4.*  
& 5.

- 6 Episcopatum an quis possit appetere ,  
ostenditur .
- 7 Papa potest præcepto cogere ad susci-  
piendum Episcopatum .
- 8 Episcopus in sua Ecclesia est Christi  
Vicarius , & Legatus .  
Episcopus tenetur in sua Ecclesia re-  
sidentiam facere .
- 9 Episcopus negligens , & otiosus potest  
à regimine removeri .
- 10 Lex Divina data est nobis lumine na-  
turæ , & n. 11 .
- 12 Peccatum est omnium malorum , malum  
maximum .
- 13 Non infringit , qui Votum commutat  
in melius .
- 14 Votum rei particularis publicum fa-  
ctum cum promissione jurata Col-  
legio seu Universitati , non potest  
commutari sine dispensatione Aposto-  
lica , nisi accedat consensus illius  
cui fuit per juramentum jus quæ-  
situm .
- 15 Facultas commutandi Votum , non  
comprehendit Votum promissorium  
juratum per quod alteri jus quæsi-  
tum fuit & n. 17 .
- 16 Pœnitentiarii Basilicarum Urbis vota  
quæ jus tertii complectuntur non  
dispensant .
- 18 Votum Religiosi professi transcendi ad  
strictiorem non obligat , quando Su-  
perior licentiam denegat .  
Religiosus qui habet Votum Episcopa-  
tum non acceptandi nec Dignitates ,  
non potest promoveri sine Apostolica  
dispensatione .  
Religiosi professi non possunt hodie ad  
strictiorem transire , inconsulta Sacr.  
Congr. Concilii .
- 19 Religiosus qui obtinuit exemptionem  
passivam ab Officiis Religionis , non  
debet illa acceptare si contingat ad  
illa eligi .
- 20 Vanitas , ornatus , & novitas ve-  
stium potest esse peccatum mortale .
- 21 Cause brevitatis vite referuntur .
- 22 Cause infirmitatum hominum refe-  
runtur .
- 23 Religionis actus , qui sint ostendi-  
tur .
- 24 Peccati Adæ effectus enarrantur .  
25 Sub-

25 Subditi tenentur obedire Superioribus, & hi humilitate eos gubernare. | 26 Fidelis, catholica fide credit Deum, & credit in Deum, & credit Deo.

1. Tim. 3. Christus Redemptor noster, qui per Vicarium suum Romanum  
Eccles. 7. Pontificem, totius universalis Ecclesie, (quæ est columna, & fir-  
2. Cor. 11. mamentum veritatis) caput, & Præsul Sanctissimus vocavit me non  
Ephes. 3. cogitantem, non ambientem (& Deus, qui est agnitor cordis mei, scilicet  
1. Tim. 1. quod non mentior) ad regimen Animarum vestrarum. Factus sum mi-  
1. Cor. 9. nister Evangelii ex dono Dei secundum dispositionem virtutis ejus, qui  
Ephes. 3. fidelem me existimavit, & omnium vestrum me servum fecit, ut vos  
Ephes. 6. lucrifacerem ipse concedat, & merita, ut detur mihi sermo in aperiti-  
2. Tim. 2. ne oris mei, ut cum fiducia evangelizare possim inter vos investigabiles  
Hilar. divitias Christi, pro quo legatione fungor, & exhibere me ipsum Deo  
Tapa operarium inconfusibilem. Expectatio enim fructus ministerii huius,  
3. Reg. 20 non in latitudine regionis, sed in acquisitione ponitur Animarum: cum  
Ezec. 34. Dominus his, qui præsumt, dicat-- *Custodi virum istum, qui si ipsius  
Gen. 43 fuerit erit Anima tua pro Anima ejus; & alibi-- Requiram Gregem meum  
Phil. 2. de manu eorum, & iterum-- Non videbitis faciem meam, nisi Fratrum  
Col. 3. vestrum minimum adduxeritis.*

Rom. 11. Orate igitur Filii Carissimi indefinenter pro, me ut tanquam morti  
Eccles. 32. destinatum, formam servi accipiens charitatem, quod est vinculum  
Eccles. 37. perfectionis, & sine qua nemo salvatur, pro salute vestra non deseram:  
Eccles. 10. alta sapere non quæram: in exaltatione non intumescar, & non extol-  
2. Cor. 12. lar in sapientia mea; sed amorem, & timorem suum faciat me Domi-  
1. Petr. 5. nus habere perpetuum, ut in veritate dirigam viam meam: memorque  
Iac. 5. sim, quod Sedes superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro  
Psal. 144. eis. Gloriabor ergo solum in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me vir-  
Eccles. 7. tus Christi, qui superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Orate:  
Ps. 111. quia oratio penetrat nubes, & voluntatem timentium se faciet Domi-  
nus, & deprecationem vestram exaudiet.

Psal. 18. Timete Deum ex tota Anima vestra: quia hoc est omnis homo: Sa-  
Deut. 4. cerdotes honorificate. Mandata Dei fidelia, facta in veritate, & equi-  
Ioan. 14. tate, desiderabilia super aurum, & dulciora super mellis favum custo-  
Rom. 12. dite, ut bene sit vobis, & Filiis vestris: qui enim habet mandata ejus,  
Rom. 14. & servat ea, ille est qui diligit eum: odientes malum: adherentes bo-  
Eccles. 7. no: charitate fraternitatis invicem diligentes, spe gaudentes: noviti-  
Num. 30. simaque vestra memorantes, ut in æternum non peccetis. Si quis  
1. Petr. 3. votum Domino voverit non faciat irritum verbum suum, sed omne  
1. Tim. 6. quod promisit impleat. In cibo, potu, & vestitu, non voluptatem  
Iac. 4. superfluitatem, aut vanitatem quæritis; sed necessitatem, & honesta-  
S. Bern. tem, quemadmodum vas electionis, & magister gentium hortatur di-  
serm. 14. cens: *Habemus alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus; & Sa-  
Ps. 106. piens Deum deprecatur, ut sibi tantum necessaria tribuat. Qui est,  
2. Petr. 1. enim vita vestra? Vapor. Citò præterit quod delectat, & permanet sine  
Luc. 6. fine quod cruciat. Verbum Dei, quod sanat homines libenter audite,  
Ier. 26. quæ pudica, quæ religiosa sunt agite, ut per bona opera certam salutem*  
Gen. 15.

vestram faciatis. Quæcunque vultis ut faciant vobis homines; & vos facite illis similiter; ita bonæ erunt viæ vestræ, & merces vestra magna nimis.

Nunquam habeatis fiduciam in malitia, nec dicatis; non est qui videat, ne veniant super vos mala, & nesciatis ortum illorum; aut irruat repente super vos calamitas, quam expiare non possitis: Si mandata Dei custodieritis, & feceritis ea: comedetis panem vestrum in saturitate, & habebitis pacem in finibus vestris (coloni enim ejus fumus) At si contempseritis ea, & monita mea non audieritis, in furore suo arguet, & visitabit vos in egestate. Nam grando, bruchus, locusta, fames, pestilentia, bellum, & terramotos, *creata sunt ad vindictam*; & sicut per malum culpæ Adam majora damna pertulit; sic nobis hæredibus legem aspernantibus, Deus parat hæc vasa iræ suæ. Tollite ergo jugum ejus super vos, quia suave est, & leve, & invenietis requiem Animabus vestris.

Rogamus autem vos per misericordiam Dei, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præfunt vobis in Domino, & monent vos, ut habeatis illos (non quasi imperans dico) abundantius in charitate propter opus eorum; & pacem habeatis cum eis. Audite vocem docentium vos, & increpationibus eorum acquiescat cor vestrum. Etenim quam salubre sit *Superioribus obedire*, quam item damnabile sit eis non obedire, Christus breviter pandit dicendo suis Vicariis, ut pote his, qui præfunt: *Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit*. Ei autem cui credimus, & qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, ipsi gloria in sæcula Amen.

ADNOTATIONES.

I. CAPUT, ET PRÆSUL. De primatu Petri, ejusque legitimorum successorum, clara sunt Testimonia Scripturarum; tam quoad institutionem, quam quod exercitium. De institutione patet ex *Matth. 16. Luc. 22. Jo. 21*. De exercitio constat evidenter ex Divino libro Actuum Apostolorum, ibi enim in sex rerum negociis, munus summi Pontificis Petrum gessisse demonstratur.

- I. In electione Matthiæ, in qua congregata Ecclesia, surgens Petrus tanquam omnium caput, cæteris orapermentibus, de supplendo Apostolatu Judæ verba facit, Act. 1.
- II. Exprobantibus Judæis, quod Christi Apostoli variis linguis loquentes, misso maderent, surgens Petrus, pro Christi tuenda Ecclesia, eos, fortiter defendit, & donum Spiritus Sancti recepisse monstrat. *Monacelli Form. Pars II.*

- III. Convocatis Apostolis coram Anna, & Caipha, ut de Claudio sanato rationem redderent, Petrus tanquam Apostolorum caput cunctis spectantibus, orationem habuit, & Principum Judæorum malitiam fugavit. Act. 3.
- IV. Sacrilegium Ananiæ, & Saphiræ, non nisi Petrus, ut Ecclesiæ Pontifex insolita pœna punxit. Act. 5.
- V. Volens Deus in Gentes lumen veritatis effundere, Cornelius Centurio, Gentilitatis Coripheus, ad Petrum tanquam novæ Ecclesiæ Præsulem ab Angelo remittitur ut instrueretur in fide dicens illi -- hic dicet tibi quid te oporteat facere, quam videns, Cornelius, procidens ad pedes ejus Christi Vicarium adoravit. Act. 10.
- VI. In controversia de cessatione legalium unus Petrus veluti Ecclesiæ Pontifex litem dirimit: cumque enim ma-

guainquisito ferret (narrat egregius Historicus) surgens Petrus dixit, &c. & tacuit omnis multitudo, Act. 15.

2 Huic Ecclesiae Hierarchiae promisit Salvator, in fide non defecturum, quod non solum in Petro; sed & in successoribus adimplevit, servabitque promissa usque ad consumationem saeculi. Et licet nonnulli Historici gesta Romanorum Pontificum referentes, dubitaverint de Marcellino, Liberio Honorio I. & Joanne XXII. Attamen horum nullum in fide defecisse compertum est. Primus etenim, vel non est lapsus, prout tenent quamplures graves Doctores Catholici, & praesertim S. Augustinus in responsione ad Piritilianum Donatistam, & cum eo ferè omnes moderniores Ecclesiasticae Historiae Censores, qui Acta Concilii Synesiiani tanquam apocrypha, & fabulosa rejiciunt, vel thuris honorem Idolorum Delubris reddidit, (ut legitur in Martyrologio, & Breviario Romano) timore mortis concussus, infirmitate potius, quam voluntate (licet gravissime peccaverit) retinendo veram fidem in corde, prout exitus demonstravit: nam piaculum amare flevit, & sanguine, catholicam Fidem illustravit, ac inter martyres numeratur, Forest. in vita hujus Pontificis.

3 Secundus, circumventus non solum fraude, sed longo exilio viribus fractus, ac insuper per metum cadentem in constantem virum eidem illatum per Ursacium, & Valentem, (auctores, & Vexilliferos Arrianorum, subscripsit quidem condemnationem Sancti Athanasii, ac etiam symbolo Semiarianorum (fidem internam retinendo in corde;) sed positus in libertate, eisdem cogentes publice excommunicavit, poenitentiam de errore suo exemplarem egit, Cathedram Petri (à qua fuerat depulsus) denuò ascendit, & probè Christi Ecclesiam rexit, ut meruit inter Sanctos collocari, Bzov. ad annum 337. not. 5. & 6.

4 Tertius, nullum errorem Monothitarum (admittentium in Christo unam solam voluntatem, & operationem) probavit, & male illum de hoc culpatum

fuisse à nonnullis Autoribus Catholicis, luculenter demonstrant Baronius, & Belarminus, nec non P. Marchesius Congreg. Oratorii Urbis in suo Opere, cui titulus Clypeus fortium, & P. Rocaberti, in Apologia hujus Pontificis, qui fuit vir optimus, Theologus eximius, & Ecclesiam laudabiliter rexit, & gubernavit.

5 Quartus, licet scripto, & voce opinasset (adhærendo nonnullis antiquis Ecclesiae Patribus) Animas iustorum non gaudere visione beatifica nisi post resurrectionem corporum: tamen hoc tenuit tanquam Doctor privatus, non tanquam Papa: imò scripta etiam privata retractando ab hac opinione recessit, & publice professus est se semper credidisse in hoc proposito totum id, quod credit, & docet Ecclesia, & in hac sententia gloriosè ex hac vita migravit Forest. in Vita hujus Pontificis.

6 NON AMBIENTEM. Dicitur in formula non ambientem, quia suppono Episcopo omnes sine hac macula (quae maxima est) promoveri. Utrum autem liceat Episcopatum appetere? D. Thom. in sum. 2. 2. quæst. 185. art. 1. firmat hanc conclusionem -- Episcopatum appetere, est bonum, & malum esse potest: bonum quidem, si in eo Spiritualis utilitas quaeratur: malum verò, si aut opulentia aut temporalis Dignitas concupiscatur quia, qui praesens, & non prodesse desiderat episcopari non debet Gaballin. in gloss. ad 2. Const. Egidian. lib. 4. cap. 25. num. 1. Quapropter secundum Angelicum hunc Doctorem, inferitur, quod appetere Episcopatum ratione honoris, celsitudinis, gradus, & sufficientiae temporalium sit manifestè illicitum, & pertineat ad ambitionem, & praesumptionem; appetere autem proximis prodesse: sit secundum se laudabile, si opus bonum cadat sub desiderio, non autem primatus Dignitatis Verum (concludit D. Thom. loco cit.) quia prout est Episcopalis actus habet annexam gradus celsitudinem praesumptuosum videtur quod praesens appetat ad hoc quod subditis prosit. Sicuti autem Episcopatus celsitudinem concupiscere malum est, ita Episcopatum à Superiore demandatum, animo obstinato recusare peccatum est, charitati, & humilitati repugnans,

gnans, idem S. Thom. loc. cit. art. 2. Gallin. loc. cit.

7 Utrum autem Papa possit præcepto suo cogere aliquem ad suscipiendum Episcopatum, præfatus S. Thom. in 4. sent. dist. 28. in fin. hæc habet -- Quidam dicunt, quod Papa non potest præcipere alicui, quod accipiat Episcopatum, quia consensus debet esse liber. Sed hoc posito periret Ecclesiasticus ordo, Nisi enim quidam possent cogi ad suscipiendum Regimen Ecclesiæ conservari non posset, cum quandoque illi, qui sunt idonei, omnes hoc nolunt suscipere, nisi coacti. Hæc Sanctus Doctor.

8 LEGATIONE FUNGOR. Est enim Episcopus in sua Ecclesia Christi Vicarius, & Legatus: imò Nomen Papa, quo voce Græca significatur cibus, & Pater, cujus officium est filios nutrire, in primis Ecclesiæ sæculis proprium fuit Episcoporum, ut patet ex D. Hieronymo (qui scribens S. Augustino, eum, & Aliipium Episcopus salutatur frequenter Nomen Papa): donec tempore Greg. VII. in Synodo contra Schismaticos, ordinatum fuit, quod solo Romano Pontifici remaneret. Et sic nil aliud se esse cognoscit, quam boni operis Sectatorem, cum Paulus Apost. dicat, quod Episcopatus sit bonum opus, non bonam Dignitatem, vel bonum honorem; opus per quod humilitate decrescat, & non intumescat fastigio. Ut igitur suis ovibus provideat, foveat, & eas nutriat, tenetur in sua Dignitate residentiam facere, nec excusatur mali aeris, aut consuetudinis contrariæ prætextu; ut declaravit Sac. Congregat. Concilii sub die 18. Septembris 1683. in qua propositis dubiis.

- I. An Episcopus ex causa mala aeris, cui subjacet civitas Episcopalis, possit in aliqua anni parte degere extra Diocesim ultra trimestre, licet intra fines Diocesis adsint loca salubriora aeris in quibus residere potest absque periculo, & quatenus Negative?
- II. An Episcopo suffragetur prætextu Consuetudo ut supra degendi extra residentiam, & quatenus Negative?

III.

An, & quibus modis possit à Metropolitanano cogi ad residendum?

Sac. Cong. respondit.

Ad 1. & 2. Negative.

Ad 3. servetur dispositio Sac. Conc. Trid.

9 Item munia Episcopalia, & præsertim prædicationis per seipsum (dummodo legitimo impedimento non detineatur) obire debet, cum ad hoc jure Divino arctetur, Fagnan. in c. dudum n. 27. de elect. & in c. ex parte n. 29. & seqq. de cler. non resid. Hoc enim dicitur residere: quia parum esset localiter residere: nisi residens Curam Ecclesiæ, & Animarum non haberet, sed negligeret c. 1. c. relatum, c. nulli de resid. in 6. Graff. decis. aur. p. 2. l. 3. c. 14. n. 2. Fagnan. dist. c. ex parte n. 14. 15. & 16. Imò Episcopus otiosus, & negligens potest Episcopatu privari, & à regimine removeri; quia negligentia in Prælato est delictum Glos. & Abb. in c. ea quæ de offic. Archid. n. & 1. seqq. Host. in c. quamvis n. 2. de regul. jur. Bertacchin. in reper. verb. negligentia par. 3. post n. 60. vers. adde, Ricc. prax. for. Eccles. p. 3. resol. 322. n. 3. DD. in c. sicut jam pridem de renun.

10 FACTA IN VERITATE, ET ÆQUITATE. Hoc est data, & intimata nobis per usum rationis, & naturæ lumen independentem ad omnem promulgationem externam, ut innuit Pfalter in psal. 4. -- Quis ostendit nobis bona? ut scilicet ea sequamur? respondit Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, & de Cicer. de legib. -- Lex naturalis est ratio summa insita in natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria, & Paulus ad Rom. 2. Gentes naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, & sibi ipsi sunt lex, & ostendunt opus legis inscriptum in cordibus suis, nec non per auxilia gratiæ sufficientis, & in 1. ad Cor. 5. Pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit, & in 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; & Jo. perhibet de hoc Testimonium cum dicit cap. 1. illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum.

V 2 II Adeo-

11 Adedque Theologi docent multum hominem dari ex fidelibus, & infidelibus, gentilibus, & Atheistis, qui influxum à Jesu Christo non recipiat ad sequendam, vel querendam, & amplexandam veram fidem, quorum unus est Cardinalis de Laurea, qui in oratione soliloquiali, quam evulgavit ad honorem SS. Trinitatis anno 1689. hæc habet. *Confiteor, quod pro omni statu media ad salutem necessaria contulisti, & continuo confers. Notitiam enim credendorum, & agendorum ad salutem, eternamque vitam assequendam necessariorum, pro lege naturæ per Patres incipiendo ab Adamo, & proseguendo per Noë, & filios: postea per Abrahamum, Isaac, & Jacob, ad omnes eorum posteros pervenire fecisti: pro tempore legis scriptæ per Moysen, Josue, Samuelem, & sexdecim Prophetas evulgasti, & pro tempore Evangelicæ, postremæque legis per Jesum Christum, per Apostolos eorumque successores manifestare fecisti: ita quod nemo, cujuslibet status homo de ignorantia credendorum pro consecutione salutis necessariorum sit excusabilis. Confiteor quod semper, & pro omni statu se extendat benignissima misericordia tua, ut si quis præcepta positiva credendorum, & agendorum, ignorasset, ac ignoret dummodò naturæ legem in corde ex tua pietate scriptam servaret, statueris illum per magistrum aliquem de eisdem edocere, ne via salutis illi, ex hoc capite, præpediatur, & concordat Cartul. super Act. Ap. art. 10. lit. E & D. Thom. asserit neminem propter legem Christi ignoratam (ignorantia invincibili ut sunt infideles infidelitate negativa, id est illi, qui nihil audierunt de fide) damnari, sed propter alia peccata commissa contra legem naturæ, quæ sine fide Christi remitti non possunt 2. 2. q. 10. art. 1. in corp. juxta illud Apostoli ad Colossenses 1. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus remissionem peccatorum.*

22 **UT IN ÆTERNUM NON PECCETIS.** Ad exprimendam summam peccati malitiam utitur hic Episcopus verbo in Æternum quod est scripturæ, ut inde concipiatur odium peccato, quod est malum malorum maximum. Nam qui facit, quod prohibet Deus obligat se Deo ad demeritum, & ad supplicium sempiternum:

peccans ante Baptismum in solum delinquit Creatorem, sed qui ingratus post Baptismum jam peccat, Creatorem offendit, & Redemptorem, atque hoc modo, & culpa geminatur, & pœna; & ideò pro reparatione hominis lapsi neceesse fuit Deum hominem mori, ita neceesse est, ad reformandum hominem secundo lapsum post Baptismum, rursus Jesum Christum occumbere; quia peccatum delicti non potest, nisi morte Filii Dei, & sic toties Christus mysticè immolatur, quoties in expiationem scelerum nostrorum mors sua humili memoria revocetur, ut dixit Apostolus: *Rursus crucifigens se bimetipsum Filium Dei, Hebr. 6.*

13 **SED OMNE, QUOD PROMISIT IMPLEAT.** Reddere vota Deo nobis præcipit Propheta dicens: *Redde vota tua, quia non adjiciet ultra, ut perivanseat in Bethel, Nabum. 1.* ideòque qui Deo promissa non adimplet, jus naturale, & Divinum contemnere videtur. Verum qui vovit v. g. peregrinationem poterit absque Voti dispensatione transire ad statum allicujus Religionis approbatæ, quia hujusmodi Vota, propria auctoritate commutare quis potest in Votum solemnè Religionis: quia non dicitur votum infringere, qui commutat in melius cap. scripturæ de vot. cap. pervenit 3. de jure jurando D. Thom. 2. 2. qu. 88. art. 12. ad 1. Donat. prax. rer. regul. tom. 2. par. 2. tr. 5. quest. 5. n. 1.

14 At si Votum rei particularis punita perseverantiæ in aliqua Congregatione, seu Collegio, esset publicum, & acceptatum cum promissione jurata, tunc vovens absque dispensatione Apostolica non posset transire ad Religionem: quia votum obligat Deo, juramentum autem etiam homini, cui per promissionem jus quæsitum fuit; & sic non debet, nec sine causa valde gravi per plenitudinem potestatis Pontificis relaxari, nisi ille cui jus acquisitum fuit suo juri renunciaret, ut firmant Navar. de regular. cons. 4. num. 10. & 11. Pirhing. in jus Can. lib. 1. tit. 40. num. 20. & lib. 3. tit. 34. num. 28. Accedente verò renuntiatione illius cui fuit jus quæsitum, nempe, consensu, & Beneplacito Com-

muneris, seu Collegii, non requiritur dispensatio Pontificis, quia tunc tale votum non est reservatum cum cesset præjudicium tertii, ut dicit P. Syrus *in diluctat. facult. Minor. Pœnitentiæ. Basilicar. Urbis par. 1. cap. 6. dub. 11.*

15. Unde advertendum est, quod qui habet facultatem, seu privilegium commutandi Votum, non poterit votum promissorium juramentum per quod alteri jus quæsitum fuit commutare, aut dispensare: Nam licet dispensandi, facultas prout respicit personam cui conceditur tanquam favorabilis sit amplianda, fallit tamen quando agitur de præjudicio tertii, ut notat Fagnan. *in cap. ex parte num. 32. de Constit. ubi quod potestas dispensandi in simplicibus concessa, non extenditur ad mixta; ideoque Pœnitentiarii trium Basilicarum Urbis licet habeant in facultatibus, quod possint per se ipsos omnia Vota simplicia (exceptis quinque Votis Pontifici reservatis) etiam dispensando commutare in alia pietatis opera; tamen sub dicta facultate non continentur illa Vota quorum dispensatio lædit, aut tollit jus quæsitum alicui; tale est Votum perseverantiæ, quod emittitur in Congregationibus, vel Collegiis, ut dictum fuit supra: quia emittitur per modum contractus ulrocitroque obligatorii, facio, ut facias &c. & hæc est praxis Pœnitentiariæ, quæ nunquam consuevit in suis resolutionibus, & concessionibus juri cuiusque præjudicium inferre, ut testatur P. Syrus libro, & loco citato, & Pelliz. *de Monial. cap. 1. quæst. 5. nu. 9.* dicit quod Votum quod emittitur à Tertiariis, licet sit simplex, adhuc non possit commutari ab habente privilegium commutandi votum simplex castitatis: nimirum quia vota status, quæ scilicet fiunt ex vi peculiaris alicujus instituti, non cadant sub generali facultate commutandi vota.*

16 Et cum hujusmodi Votum perseverantiæ juramento firmatum, emittatur à Convicticibus Congregationis Sanctissimi Infantis Jesu Urbis, & extra Urbem. existen. vigore Constitutionum ejusdem Congregationis (quæ prius ab Eminentissimo Urbis Vicario Monacelli Form. Pars II.

auctoritate Ordinaria anno 1693. deinde à fel. mem. Card. de Laurea Visitatore specialiter à S. M. Innoc. XII. deputato eodem anno 1693. & tandem à Congregatione à Sanctissimo D. N. Clemente XI. specialiter deputata *sub die 31. Julii 1702.* fuerunt approbatæ) Quædam Maria N. aliæque nonnullæ ex dictis Convicticibus annis elapsis dispensationem, & commutationem à Sacr. Pœnitentiaria super hujusmodi Voto, & juramento obtinuerunt, absque consensu præfatæ Congregationis, quorum Moderatores, tunc temporis existimantes, vel non requiri præmemoratum consensum, vel quod expediret illas à Congregatione discedere tacuerunt: recurrentibus postea ad Sac. Pœnitentiariæ Tribunal iisdem Moderatoribus, seu Deputatis pro declaratione nullitatis dispensationis à prædicta Maria, & Sociis obtentæ, & ut in posterum non dispensarentur hujusmodi Vota, nisi prævio ejusdem Congregationis Beneplacito, rescriptum fuit -- *esse habendam rationem futurorum, idest nec ab ipsa Sacr. Pœnitentiaria, nec à Pœnitentiariis Basilicarum à prædictis Votis, & juramento liberandas fore, quæ dicta Vota cum juramento emisserunt, & in futurum emisserint, nisi auditis, consultis, & consentientibus Convicticibus, & Deputatis una cum Eminentissimo Protectore, & quoad Mariam N. aliasque usque tunc egressas à dicta Congregatione supposita eorum bona fide, & tacito consensu ipsius Congregationis, quæ per spatium tanti temporis non reclamavit, in eadem bona fide relinquendas. Datum Romæ in Sacr. Pœnitentiaria die 13. Decembris 1704. A. Caprara Sacr. Pœnitentiariæ Regens. Hieronymus Bertus Sacr. Pœnitentiariæ Secretarius.*

17 Et hinc est, quod quærentibus PP. Congregationis doctrinæ Christiane de Urbe (qui in ingressu Votum in eadem Congregatione perseverandi emittunt) an ipsis liceret dictam Congregationem deserere sine dispensatione Apostolica, causa pluries proposita, tandem *sub die 28. Jan. 1701. Sacr. Congr. Concil.* respondit -- *Quoad jam egressos non esse molestandos, & consulant conscientias suis,*

Quoad commorantes de presenti, qui votum emiserunt indigere dispensatione, quoad noviter ingressuros servantur Constitutiones anni 1605. circa propositum perpetuò perseverandi. Proptereaque, ut consultatur securitati conscientiarum vivere cupientium collegialiter sine clausura, & sine Votis solemnibus curandum erit, ut hi qui vitam hanc eligunt animo Deo inferiendi (sive mares, sive fœminæ sint) propositum faciant, sed non Vota: prout colligitur ex mox recensito Decreto, & ex responsione data ab eadem Congregatione Puellis cujusdam Conservatorii Civitatis Neapoli, quæ emittebant Vota Castitatis, paupertatis, & obedientiæ ad instar Monialium, & gaudere credebant privilegia veris Religiosis concessa, injungendo sub die 1. Martii 1704. ut formulam promissionis omninò mutarent.

18. Religiosus verò jam professus, si votum faceret transeundi ad strictiorem Religionem, votum non obligaret Superiore licentiam dare rationabiliter reluctante: quia sicut Monachus rem Monasterii sine licentia sui Prælati non potest alienare, ita à fortiori non poterit se alteri dare: major enim est alienatione personæ quam rei, ut inquit Donat. prax. rer. regular. tom. 2. part. 2. tract. 5. quæst. 9. per tot. Sacr. Congregat. Concilii in Galliarum 17. Januarii 1693. Religiosus enim professus (quis quis ille sit) nec ad parem, nec ad strictiorem hodie transire debet, nisi consulta Sacr. Congregat. Concilii, ut advertit Donat. loco citato quæst. 12. numer. 11. Si autem Votum faceret Episcopatum, vel aliam quamcumque Dignitatem non acceptandi, deberet promissa servare, nec ad illum, seu illas promoveri posset sine dispensatione Apostolica, Nicol. lucubr. Canon. lib. 5. titul. 39. num. 160. ampliatur. 3. versic. unde vota: & Votum obstare, & ad Sanctissimum recurrendum esse, ut Pater Augustinus à S. Thoma Aquinate Religiosus Scholarum Piarum nominatus à Rege Hispaniarum ad Episcopatum Motulen. promoveri posset respondit Sacr. Congregat. Concilii 4. Augusti 1700.

19. Cum autem Religiosi non ex voti, sed desiderii majoris perfectionis obtinent à Sacr. Congregat. Episcop. & Regular. exemptionem ab Officiis Religionis, non debent illa acceptare, si contingat ad illa eligi, sed prompti responde: quia talis exemptio, debet esse reciproca; si enim esset facultativa, & non obligaret Electores, indultum potius foret, quam eliminaret ambitionem; Unde oritur, quod ad præcludendum Ostium talibus, perveniendi via hac obliqua ad honores Religionis, Sacr. Congregat. exemptionem concedendo solet rescribere cum clausula -- Quod si contingat eligi electus si ipso facto nulla; prout prudenter rescriptum fuit 28. Novembr. 1698. pro quodam Religioso Ordin. Minorum.

20. AUT VANITATEM. Qui ornatus corporis, præsertim in Mulieribus, multoties potest esse peccatum mortale, puta propter malam intentionem, superbiam, nimiam complacentiam, amorem, & sollicitudinem scandalum, & malum exemplum (de quibus circumstantiis ad saturitatem videri, & audiri possunt Theologi morales) Ideò Episcopus hic monet Populum, ut in veste non quærat vanitatem, sed honestam contentus sit: quia novitas, superfluitas, & pretiositas vestium multum displicet Deo, & per Prophetam minatur, quod visitabit omnes qui induti sunt veste peregrina Sophon. 1. Vestes autem peregrinæ sunt illi varii modi, & novæ adinventiones, quæ ab antiquo non fuerunt, & sunt novitates, & vanitates: patrimonium non minus, quam conscientias depauperantes. Absit autem quod hi qui ambulant intortis crinibus, & in veste pretiosa, monita Apostoli parvipendentes, non habeant in die judicii iuxta vaticinium Isajæ 3. pro suavi odore factorem, pro Zona, funiculum, & pro crispanti crine, calvitium, & pro fascia pectorali cilicium.

21. QUÆ EST ENIM VITA FE-  
STRA? VAPOR. Brevitatis vitæ consideratio retrahit homines (qui Evangelio credunt) à voluptatibus sæculi, illosque disponit ad deponendas vanitates vestium scientes, quod omnis gloria  
eius

ejus tanquam flos sæni ex aruit, fœnum, & flos ejus decidit: sic caro nostra, quæ in pueritia habet virorem, in adolescentia decorem, in juventute robur, & florem, cito decidit in desiccationem fenestutis, & mortis corruptionem. Causæ autem hujus vitæ brevitatis, juxta Expositores Genesis, quos refert Jo: Herolt. *vulgò Discipulus Serm. de tempor. 60.* sunt sequentes. Prima, quia multum distamus ab Adamo, & geniti sumus ex fragili & corrupta materia. Secunda, quia plantæ, & Animalia quibus vescimur sunt debilioris naturæ quam antea, & Mundus ad exitium properat, & quia debilitatæ sunt vires herbarum, & fructuum. Tertia, quia nutrimentum antiquorum erat simplicius, quale natura fecit optimum, & non tam artificiale, sicut modo fit, & ideo dixit Seneca, multos morbos, multa fercula fecerunt. Quarta quia antiqui solebant habitare in aere puro. Quinta quia antiqui post Noë magis casti fuerunt, nec matrimonia contrahebant nisi essent proventæ ætatis (coitus enim est destructio corporis,) & hodiè passim adolescentes in matrimonium conveniunt. Sexta, est augmentatio peccati ex qua oritur infectio, & corruptio elementorum ex quibus componitur homo. Septima, est infectio Planetarum influentia: nam Astra diversimodè inferius influunt, secundum quod homines bene, vel male se habent ad Deum.

22 Causæ verò infirmitatum, quæ vitam hanc brevissimam quotidie decurrant regulariter, & ut plurimum sunt quinque. Prima, ad merita augenda sicuti accidit *Job. 42. & Tobie 12.* Secunda ad custodiam virtutum, ut accidit Paulò 2. *Cor. 11.* Tertia ad cortigenda peccata, ut accidit Maria Sorore Aaronis *Num. 12.* Quarta ad manifestandam gloriam Dei, ut in Cæconato *Joan. 9.* Quinta ad inchoatione damnationis æternæ: quod plerisque contingit, quibus nec ipsa vexatio dat intellectum, ut in Antiocho 2. *Mach. 9.*

23 **QUÆ RELIGIOSA SUNT AGITE.** Religio est virtus moralis, quæ alio nomine latria appellatur, per quam Deo cultum impedimus, habetque aliquos actus interiores, ut sunt de votio interna, ora-

tio mentalis, & quosdam actus exteriores, ut sunt genua flectere, Sacrificare, Decimas, & oblationes offerre: Item vocalis oratio, psalmodia, laudatio Dei, prædicatio, sunt quoque actus Religionis directè, quasi medio modo se habentes, quos elicere, & agere subditos suos hic hortatur Episcopus, ut per hæc, & etiam per opera misericordiæ, quæ dicuntur actus Religionis, imperati, saltem consequantur.

24 **CREATA SUNT AD VINDICTAM.** Vult hic Episcopus insinuare, quod Deus maxima providentia Mundum gubernat, & quod ipse est, qui conservat universa, & dat affluenter escam omni carni, ut mala quæ patimur ex offensis quas in ipsum tulimus, provenire populus cognoscat, & sicuti peccatum Adæ perdidit immortalitatem, justitiam originalem, scientiam, habitus theologales, dona Spiritus Sancti, & gratiam habitualement sanctificantem: qua de causa omnes ejus posterii nascuntur filii iræ (excepta Beata Virgine) cum suo peccato originali, & sub Diaboli nequissima potestate. Intulit posteris certitudinis gloriæ terram ignorantiam, & sævam tam circa venerea, quam circa res omnes concupiscentiam, quæ licet peccatum non sit, tamen ex peccato est, & ad peccatum inclinat, & in homines ad agonem toto tempore vitæ relicta est. Attulit posteritati multas corporales misérias, languores sexcentorum ferè morborum genera, separationem Animæ à corpore, & corruptionem ipsius corporis, ac reductionem in pulverem, Attulit præter inimicitiam cum malis Angelis, contrarietatem, & odium majoris partis omnium irrationabilium Animalium, quæ in statu innocentie mansueta erant, & homini ad nutum obedientia Abstulit claritatis solis maximam partem, ut dicit Jo: Herolt. *vulgò Discipulus in Serm. de temp. 50. liti. D. ibi-- Sol postquam Adam, & Eva perpetraverunt peccatum, tunc perdidit suæ claritatis septem partes, & nisi octava pars remansit sibi. Sed post diem judicii erit ut prius, & S. Anselm. quem refert, inquit - In illa vita pulchritudo Justorum Solis pulchritudini; qui septem simpliciter quam modo est, fuit splendidior,*

adequabitur. Liberum arbitrium; adeo debilitavit, ut homines non possint tam facile Diabolo resistere (sicut poterat ipse innocens si voluisset) nisi potentiiori gratia Dei adjuventur: (quæ mala graviora sunt) ita peccata nostra, quæ in dies multiplicantur minuunt dies, & substantias, & quod Deus de illis vindictam sumens, peste, sterilitate, tempestate, bello, terræmotu, Regnorum translatione, & desolatione, aliisque ingruentibus calamitatibus in brachio extento, hominum (& præsertim Christianorum) ingratitude verberando, & superbiam siccando frequenter castigat: protulit enim hæc de Theauris iræ tuæ. *Jerem. 50.*

25. SUPERIORIBUS OBEDIRE.

Præceptum Apostolicum est obedire præpositis *Hebr. 13.* idedque *Sac. Conc. Trident. sess. 25. de reform. Decreto ult. de delect. cibor. & dieb. fest.* jubet Episcopis, ut crebro admoneant populos obedire Præpositis suis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient, cui verò contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro Animabus eorum reddituri. Nec subditi tantum humiliter pareant; sed Prælati quoque humiliter præsent, nec solum verbis, sed & exemplis in humilitate instruant sibi commissos, cum scriptum sit, *Quanto magis es, humilitate in omnibus, & coram Deo inveniens gratiam; quoniam ab humilibus honoratur. Eccles. 3.* Subditi ergo circa Superiores suos, tanquam circa Dei Vicegerentes, suos Patres, Judices, ac Dominos humilitatem demonstrant: Superiores verò circa inferiores, tanquam circa Christi membra, adoptionisque Dei filios, Christi sanguine liberatos, se humiliter gerant: salvo tamen disciplinæ vigore, ac strenua Pastoralis Officii executione.

26. CUI CREDIMUS. Hoc verbum excitat confidentiam Prælatorum erga Deum, quam in laboribus, & ærumnis plurimis pro publicatione Evangelii habere confitebatur Apostolus scribens Timotheo, ut illum roboraret ad Episcopalia munia exequenda, dicens *Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. scio enim cui credidi, 2. Tim. 1.* Fide

enim Catholica Fidelis credit Deum, credit in Deum, & credit Deo. Credere Deum, est credere ipsum esse. Credere in Deum, est credendo Deum amare, & amando in eum ire, ac membris ejus incorporari. Credere autem Deo, est credere verbis ejus.

Litteræ Pastoralis, de Jejunio, & Oratione.

FORMULA IV.

SUMMARIUM.

- 1 Jejunium fidelibus commendat Ecclesia.
- 2 Jejunii effectus enarrantur.
- 3 Jejunii præceptum est à Deo.
- 4 Jejunii finis, & institutio, est carnis mortificatio, & n. 5.
- 5 Fideles debent semper orare, & quomodo hoc præceptum impleant, ostenditur.
- 6 Oratio est duplex, communis, & singularis, & utraque explicatur.
- 7 Orando quid petere debeamus, ostenditur.
- 8 Dona Spiritus Sancti explicantur.
- 9 Satisfactio fit in tribus, in Oratione, in jejunio, & Eleemosyna.
- 10 Deus qui dives est in misericordia invenitur in oratione, & jejunio.
- 11 Jejunium vigiliæ S. Jo. Baptistæ si incidit in festo Corporis Christi est anticipandum feria 4.
- 12 Vigilia S. Matthiæ Apostoli si incidit in die carnisprivii non transferatur ibi.

Ven. Frat. &amp; Dilect. Filiis Clero, &amp; Populo N.

**D**Eus, qui miseretur omnium, & peccata hominum dissimulat propter pœnitentiam, loquens nobis per Prophetam suum dicit - *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu.* Audite ergo Fratres, & Filii carissimi verbum Domini, accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis: pœnitentiam agite, & sobrii estote: clamateque ad Deum instantia magna, & humilitate Animas vestras in *Jejunio*, & orationibus, ut flagella quibus quasi servi à Domino corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram evenisse credamus: excitavimus iracundiam ejus, & malum coram eo fecimus, mandata ejus non custodivimus, statuimus facere abominationes, & multiplicavimus offensionem. Nunc igitur flectamus genua, & corda nostra, & agnoscamus iniquitates nostras, ne in æternum iratus referret mala nobis, & reddat iniquitatem Patrum super filios in tertiam, & quartam generationem: quia ipse est, qui facit misericordiam in millia diligentibus se, & pœnitentes in ejus sinum recipit, & impœnitentium ultor, qui clamat ad nos quotidie - *Nisi pœnitentiam egeritis, simul omnes peribitis:* convertimini igitur, & videbitis quid sit inter justum, & impium.

Per jejunium meruit Moyse legem Domini scriptam recipere. Elias stare, & loqui facie ad faciem coram D. Civitas Ninive peccatorum suorum indulgentiam obtinere. Anna Prophetissa videre, & adorare expectatum Messiam, & Salvator noster in deserto, ministerio Angelorum perfrui. Sic Deus, qui jejunantibus veniam præbet, avertet faciem suam à peccatis vestris, & redimet vos à malis. Nolite tamen jejunare sicut hypocritæ corporaliter tantum, sed à peccatis abstinete: ne Dominus vos reprehendat per prophetam dicendo: *Ecce in jejuniis vestris invenitur voluntas vestra.* Si enim jejunatis in peccatis, & iterum eadem facitis, quid proficit humiliando se? Orationes vestras quis exaudiet? Deus autem ostendat in vos omnem bonitatem suam, & det vobis gratiam conterendi, & cum Apostolo castigandi corpora vestra, ut mentes vestræ abstineant ab omni fœditate, & labæ culpæ mortalis. Carnem vestram cum vitiis, & concupiscentiis crucifigite, ut Deum propitiorem invenire possitis, & cum lætitia dicatis - *Jejunavimus, & rogavimus Deum nostrum, & evenit nobis prosperè.*

Cum jejunatis orate; quia bona est oratio cum jejunio, & Angelus orationem vestram portabit in sinu Abrahæ, & Dominus exaudiens illam, subjiciet Satanæ pedibus vestris. Oratio vestra, ut monet Apostolus, fiat sine intermissione; quia *Oportet semper orare.* Petite pacem Ecclesiæ, & fidei orthodoxæ dilatationem. Petite fructuum terræ conservationem. Petite ea quæ sunt salutis, & expedit vobis recipere, & credite nihil hæsitantes, quod accipietis; ipse enim est misericors, nobiscum in tribulationibus, à quibus eripit confidentes in ipsum, *Lumbis ergo præcinctis ad eamus cum fiducia ad Thronum gratiæ, quarumque eum toto corde, & tota tribulatione animæ nostræ, ut illum inveniamus, & misericordiam consequamur, & gratiam, in auxilio oportuno*

&amp; sci-

Sap. 11.

Joel. 2.  
Sap. 6.Act. 2.  
1. Pet. 5.  
Judic. 4.  
& 8.

Ora. Manas.

Deut. 5.  
Luc. 13.Malac. 3.  
Exod. 34.  
Deut. 9.  
3. Reg. 19  
Ion. 3.  
Luc. 2.Matth. 4.  
Matth. 6.  
Is. 58.  
Ecl. 34.  
1. Cor. 9.  
Gal. 5.Esd. 1.  
Tob. 12.Matth. 17.  
1. Thes. 5.  
Luc. 18.  
Jo. 16.  
Mar. 11.  
Iac. 1.  
Psal. 90.

Hebr. 4.

Deut. 4. & scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras si manentes per-  
Deut. 4. manseritis in jejuniis, & orationibus in conspectu Domini. Amen.

## ADNOTATIONES.

1 IN JEJUNIO. Concilium Tridentinum sess. 25. de reform. in ultimo Decreto de delect. cibor. jejun. & diebus fest. hæc habet -- Hortatur Sancta Synodus, & Pastores omnes obtestatur, ut tanquam boni milites illa omnia, quæ Sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum Mater, & Magistra statuit: necnon ea, quæ tam in hoc Concilio, quam in aliis Oecumenicis statuta sunt, quibuscumque fidelibus sedulo commendent, omnique diligentia utantur, ut illis omnibus, & iis præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia, &c. Hinc Episcopus tamquam fidelis executor mandatorum ejusdem Concilii, Populo sibi commisso, jejunium proponit, & commendat.

2 Jejunium enim purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subdit, concupiscentiæ nebulas dissipat, libidinis ardores extinguit, & charitatis lumen accendit, ut explicat Cartusian. super Hymn. Quadragesimæ Audi benignè condito verb. à labe prorsus criminum: ideoque Sancta Mater Ecclesia in Oratione primi Sabbathi majoris jejunii dicit, quod jejunium Animabus, corporibusque curandis, salubriter institutum est.

3 Est tamen hic advertendum, quod jejunium non est absolutè præceptum positivum Ecclesiæ: sed implicita præordinatione Divina fidelibus demandatum. Nam Christus præter exemplum, quod nobis dedit jejunandi in Evangelio, Matth. 9. Marc. 2. & Luc. 5. clarè se expressit, quod post ejus discessum ex hoc Mundo ejus discipuli, & credentes, debebant jejunare. Huic indè præcepto se submiserunt Apostoli, qui cum jejunationibus, commendabant novos fideles Domino. Act. 14. & deinde Ecclesia ab eis edocta, Christum Dominum jejunii cognovit auctorem, prout in suis orationibus confitetur, inquiens -- Perfice quæsumus Domine benignus in nobis observantiæ Sanctæ

subsidiū, ut quæ te auctore facienda cognovimus, te operante impleamus, & iterum Populum tuum quæsumus Domine propitius respice, & quos ab escis carnalibus præcipi abstinere, à noxiis quoque vitiiis cessare concede.

4 Non sunt propterea in jejunio laxandæ habentæ sub prætextu, quod sit præceptum merè Ecclesiasticum, in quo non est procedendum tam rigorosè, ut in Divinis, eo quia mater Ecclesia non obligat ita strictè, ut non admittat parvitatem materiæ, & benignam interpretationem: neque docendum minisque tenendum, quod sine fractione jejunii quisque possit sumere potum Cocolatæ, & ferocissimam refectioem pluribus ferculis tenuioribus paratam. Etenim qui hæc blandè docent, & exequuntur saltem à jejunii fine longe absunt, quia poculis, & ferculis istis (quæ vires, & Spiritus corporis reficiunt) impediunt salubres effectus jejunii, & destruant finem institutionis, qui est carnis mortificatio, & castigatio, non autem restauratio: ut notat Zenor. in cap. 12. Concil. Trull. quem refert Card. Bona lib. 1. cap. 21. §. 6. rer. liturgic. Et Ecclesia idè in vigiliis ad hoc designandum tunc colore violaceo utitur, qui pallidus, & quasi lividus est, ut caro nostra per jejunium macerata, Christi livoribus conformetur: ejus enim livore sanati sumus. Qui volunt igitur præceptum adimplere, aliquid asperum pro peccatis suis sustinere, penitentiam agere, & poenitere, oportet membra, & corpus affligere, & cum Christo pati, si volunt cum Christo regnare: nam qui spiritum Christi non habet, hic non est ejus, Rom. 8.

5 Undè Joan. Herolt. vulgò Discipuli Serm. de temp. 39. litt. L. ubi D. Bernardi super Cantica refert sequentia verba -- Christus qui non fallitur, elegit quod carni molestius est, & illud quod est aliud magis eligendum est, & qui quod aliud docet, vel suadet, ab eo tanquam à seductore cavendum est. Cogitent quæso hi, qui ingenia acunt, ut placeant hominibus, eisque viam salutis am-

nam reddant ; quod abominatio est ante Deum , id quod hominibus altum videtur *Luc. 16.* Et prupterea , ut fideles , recto tramite per viam salutis incedant , & ab opinionibus laxis aures

avertant , Sanctissimus D. N. Clemens XI. quomodo se continere , & quid observare debeant in jejuniis Quadragesimæ salubriter eos docuit , & præscripsit sequenti Edicto .

# E D I T T O

## Per l'osservanza della Quaresima .

*GASPARO per la Misericordia di Dio Vescovo di Sabina della Santa Romana Chiesa Cardinal di Carpegna , della Santità d. N. S. Vicario Generale.*

**A** Cciò il tempo Quaresimale consecrato à i digiuni , & ad altre opere di penitenza , e perciò detto da Santa Chiesa *tempus acceptabile , dies salutis* , sia in quell' Osservanza , chè si deve , e si rimovano le occasioni , che possono indure qualche scandalo , ò rilasciamento in quel che appartiene al precetto del digiuno , ò all' astinenza de cibi proibiti . La Santità di N. Signore inerendo alla disposizione del Sacro Concilio di Trento nel Decreto *de delectu ciborum , & jejuniis* , ed agli Editti altre volte emanati per l'osservanza della Quaresima , ci hà incaricato coll' oracolo della sua viva voce di pubblicare il presente Editto , e di ordinare la piena effecuzione delle cose infrafratte .

- 1 Che nessuna Persona durante detto tempo venda , ò tagli ( come si suol dire ) carni in qualsivoglia luogo della Città di Roma , eccetto che nelli Macelli deputati per l' Infermi , e valetudinarii , ò malsani . Le quali carni debbiano esser solo di quelle chiamate salubri , cioè di Castrato , Vitella , e Capretti , nè le tenghino fuori di detti Macelli , ma dentro , in modo che non appariscano , nè si vedano in publico .
- 2 Quelli che comprano le dette carni per l' infermi , ò malsani , come sopra , debbiano , per evitare ogni , scandalo , portarle coperte , in modo che non siano viste .
- 3 Che non si tengano da qualsisia persona publicamente à vendere , ò si portino vendendo per la Città le dette , ò altre carni anche di cacciagioni , ò Salvaticina , molto meno Porcina , nè ova formaggio , ò altra sorte di laticinii , e cibi proibiti in detto tempo .
- 4 Li Pollaroli , ed altri , che sogliono vendere carne Salvaticine , ed Uccellame , tenghino nelle Botteghe ( però in modo , che non si vedano in publico ) solo quelle che secondo la testimoniale del Signor Protomedico possono annoverarsi trà le carni salubri , e non altre .
- 5 Che nessuna Persona di qualsivoglia stato , grado , e condizione possa comprare , ò far comprare , ovvero cibarsi d' alcuna sorte di carne , ò d' altri cibi proibiti senza la licenza , secondo la forma di Noi præscritta , che li farà innuata da i RR. Parochi . Qual licenza prima si dovrà scrivere di propria ma-

no

- no dal Medico Ordinario, e come tale si sottoscriverà in lingua volgare il tutto gratis, doppo dovrà esser sottoscritta dal proprio Paroco delli detti infermi, ò malfani, e per ultimo si porterà à sottoscrivere da alcuno delli infrascritti RR. PP. Nostri deputati solamente, e non da altri in nome loro, alli quali incarichiamo di considerate, ed osservare dette licenze, e quando non sono concepite secondo la solita forma non le doveranno sottoscrivere.
- 6 Avvertendo ciaschedun Medico, e Paroco, che se sottoscrivono le dette licenze senza legitima causa, ovvero se l' esibiscono, e presentano ad alcuno senza considerare se habbia cause sufficienti, oltre il partecipare, che faranno de i peccati d'altri, nel che resterà molto aggravata la loro coscienza faranno da Noi puniti ad arbitrio nostro, anche con pene corporali, come si è strettamente incaricato al Signor Protomedico.
- 7 Avvertano di più tanto i Medici, quanto quelli, che domandano le medesime licenze d' attendere alla qualità delle carni cioè che siano salubri, perche solo queste son permesse nella Quaresima, à chi per giusta causa non può cibarsi de' cibi Quaresimali, e se al bisogno si può supplire con ova, e latticini, non devono quelli permetter loro, nè questi rispettivamente cibarsi delle carni anche salubri, ma contentarsi dell' ova, e latticini, e osservare il digiuno, *alle cui leggi siano tenuti anche quelli, che si cibano di carni salubri col solo motivo d' esser loro nocivo il Vito Quaresimale.* In oltre se per tutto l'anno si astengono dalla carne nel Venerdì, Sabato, Quattro tempori, e Vigilie di precetto, molto più devono osservare tale astinenza ne' sudetti giorni in Quaresima, non ostante la licenza, che otteranno, eccetto quando ci fusse nuova causa, che richiedesse altrimenti, e non potendosi in questo particolare dare certa regola, deve ogn' uno considerare prima il suo bisogno, e le sue indisposizioni, e che non siano affettate, perche ne dovranno rendere conto strettissimo nel Tribunale di Dio, dove non potranno scutarfi colla licenza estorta con cause supposte, ò finte, onde riflettano bene, che non ingannarano il Medico, ò il Paroco, ma se medesimi, e l'anime loro quelli, che espongono indisposizioni non vere, ma figurate per ottenere la detta licenza.
- 8 Che gli Osti, Tarvernari, Albergatori, Bettolieri, ò qualunque altro di qualsivoglia stato, grado, ò condizione, non permettino, o tollerino, che nelle loro Osterie, Taverne, Alberghi, Bettole, e Case, s' habbia à cuocere, o mangiare alcuna sorte di cibi proibiti, così nel detto tempo di Quaresima, come nelli altri giorni, in cui parimente vengono proibiti dalla Santa Romana Chiesa, eccetto, che per gl' infermi, ò malfani, che haveranno licenza, come sopra, sotto pena à chi trasgredirà in ciascheduni de' casi compresi in questo nostro Editto di scudi venticinque, e di tre tratti di corda, e d' altre pene à nostro arbitrio secondo la qualità delle persone.
- 9 Ordiniamo, che in tutto il tempo Quaresimale nessuno di qualsivoglia stato, grado, e condizione faccia, ò assista à quelle conversazioni, o altre adunanze, dove si facciano suoni, e balli, e che ne meno di notte si vada per Roma sonando, o cantando, ovvero facendo serenate in luogo fermo, sotto le pene sudette.
- 10 Efortiamo per fine tutti i Fedeli, non solo all' osservanza del digiuno Quaresimale.

resimale, consagrato da Cristo Signor Nostro col suo esempio, ma ad attendere con divozione à quelli Esercizii Spirituali, che il medesimo tempo ricerca, non meno per placare Pira di Dio, che prepararsi à celebrare degnamente la S. Pasqua. Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo dì 23. Febraro 1705.

G. Card. Vicario.

Nicolò Antonio Cuggiò Segretario.

**6 OPORTET SEMPER ORARE.** Semper debemus orare, quia nunquam in presenti vita deest miseria, ideo continè indigemus Dei adjutorio, & misericordia. Semper autem orat, & adimplet hoc præceptum, qui semper bene agit, & propterea justus nunquam desinit orare, nisi desinat esse justus. Sufficit igitur ad adimplendum hoc Evangelii monitum, ut in principio cujuslibet operis præmittamus signum Crucis, & Dominicam orationem, & sic committamus nos Divino auxilio, omnia enim debemus ad gloriam Dei facere, ut dicitur in 1. Paul. ad Cor. & secundum hoc oratio debet esse continua ut dicit D. Thom. 2. 2. quæst. 83. art. 14. in corp. Si comedimus propter confortationem naturæ, & cum gratiarum actione, cibus noster laudat Deum, & sic comedendo oramus: & meremur coronam vitæ æteræ. Si dormimus ea intentione, ut fortiores evadamus surgendo ad serviendum Deo, dormiendo oramus & meremur. Si laboramus manualiter ea intentione ut habeamus unde vivere, & nutriri valeamus cum familia, & ne indigeamus furari, vel quicquam injustè lucrari, vel laboramus ea intentione, ut de laboribus nostris pauperibus, qui per se laborare non possunt subveniamus, vel laboramus manu, lingua, & calamo, ut proximos per viam salutis æternæ dirigamus, vel demum laboramus ut pænitentiam Adæ, & humano generi injunctam perficiamus, semper oramus, & meremur Cælestem gloriam.

7 Oratio autem duplex est, scilicet communis, & singularis, communis est illa, quæ per Ministros Ecclesiæ in

persona totius fidei populi Deo offertur, & hæc ut omnibus innotescat debet esse vocalis, prout rationabiliter institutum est. Porro hæc Oratio plebi juvat, quamvis Ministri mali sint, juxta Sententiam Carthusiani in Epist. Can. Jac. 1. art. 7. verb. multum, ubi sic ait. Porro orationes Ministrorum Ecclesiæ, quamvis injustorum, tamen in persona Ecclesiæ fusæ quandam efficaciam sortiuntur pro plebe. Singularis oratio est, quæ offertur à singulari persona, & de hujusmodi orationis necessitate, non est, quod sit vocalis: nam huic adjungitur vox, ut excitetur interior devotio; quæ mens orantis elevetur in Deum: & ideo in hac singulari oratione, tantum est vobis vacandum, quantum proficit ad excitandum interius mentem. Si verò mens ad devotionem est sufficienter præparata, & per has distrahatur, vel qualitercunque impediatur ab interioris devotione, à vobis est cessandum, quia non multitudine verborum flectitur, & non verbis tantum, sed corde orandus est Deus D. Hier. in cap. non mediocriter de consecr. dist. 5. Nisi quis obligatus esset ad aliquam orationem ex præcepto, aut voto, vel pro satisfactione injuncta sibi in Confessione: quia tunc deberet orare vocaliter propter plenariam satisfactionem.

**8 ET EXPEDIT VOBIS RECIPERE.** Quia homines, ut plurimum bona temporalia, quæ oculis corporeis videntur, in oratione petere solent: & an saluti Animæ profutura sint nesciunt, nec scire quærunt: Episcopus non desinit etiam in hoc populum instructum reddere, ut sciat petitiones orando moderare, & quæ utiliora,

& da-

& duratura sunt petere. Tria sunt genera bonorum, quæ à Deo petere possumus, & debemus, scilicet, bona, infima, media, & summa; bona infima sunt temporalia, quæ cum tanquam nihil sint, vel non debemus petere, vel petere cum conditione si proderunt, & si nobis expedit recipere: nam quid obsit, vel profit novit Medicus, non ægrotus. Bona media sunt spiritalia, & ista petere debemus cum attentione: quia tanto majora sunt respectu temporalium, quanto sol excedit lumine stellas; imò plus, ut sunt Charitas, patientia, pax, & dona Spiritus Sancti, quibus conferuntur Christianis ceteræ virtutes.

9 Nam timor Domini, qui est primum donum, docet præterita mala emendare, bona operari, conservat hominem in bono, misericordiam meretur, confert homini prolongationem vitæ, & temporalium provisionem, facit orationem exaudiri, humiliat hominem, & vitam æternam meretur. Secundum donum, est pietas, hæc facit nos habere bonam confidentiam ad Deum ex meritis Jesu Christi, quem Pater nobis dedit, pietatem & miserationem erga nosmetipsos, & Animas proprias, & proximos, exercendo opera Religionis, & misericordiarum. Tertium donum est Scientia, quæ docet se ipsum cognoscere, scilicet, quid sit, quid fuit, quid erit, quid efficiatur per culpam actualem, quid per penitentiam, & gratiam: item cognoscere Deum tanquam Creatorem, tanquam Dominum, tanquam Patrem, tanquam Redemptorem, tanquam Judicem futurum. Quartum donum est fortitudo, qua spiritus Divinus tripliciter confortat hominem. Primò in tolerando adversitates patienter. Secundò in vincendo Diabolum. Tertio in operando perseveranter bona opera. Quintum est donum consilii, quo ho-

*Ecc. 1.*

*15. 27.*

*Pf. 102.*

*Pf. 10.*

*Pf. 33.*

*14. 4.*

*Pf. 28.*

*Pf. 24.*

*Rom. 8.*

*Th. 3.*

*Jac. 4.*

*Jo. 9.*

mo confortatur ad expellendam avaritiam, ad despiciendum terrena, Cælestia appetendum, & deprecandum in omnibus consilium Altissimi. Sextum donum est intellectus, quo intelligimus Deum in nobis, & in creaturis, & utimur illis ad honorem ipsius, & ad utilitatem nostram, reserando superflua. Septimum donum, est sapientia, quia per hoc Spiritus Sanctus dat nobis sapere Cælestia, quæ dulcedo præcellit omnem dulcedinem hujus Mundi, & expellit peccatum luxurie. Bona suprema sunt bona Cælestia, & illa non tantum petenda sunt cum attentione, & fervore, sed cum humilitate, & sine præsumptione. Cum humilitate petunt, qui de suis meritis non confidunt, sed in misericordiam, & bonitatem Dei: sine præsumptione petit, gloriam recipere non præsumit sine labore:

10 LUMBIS ERGO PRÆCINCTIS ADEAMUS. Luc. 17. Matth. 20.  
Hoc est Corpore, & Anima Crucifixi, & humiliati sub potenti manu Dei, abstinentes à cibo, luxu, & illecebris sæculi. Satisfactio etiam fit in tribus: in Oratione, Jejunio, & Eleemosyna, quæ respondent triplicibus bonis, quæ à Deo habemus. Nam satisfactio fit de bonis exterioribus per Eleemosynam, de bonis corporis per jejunium, & de bonis Animæ per Orationem: per jejunium ordinatur homo in se, per Eleemosynam ad proximum, per Orationem ad Deum. Per jejunium intelligitur omnis corporis afflictio. Per Orationem intelligitur omne exterius opus ad cultum Dei pertinens, ut oratio mentalis, vocalis, psalmodia, sacrificia, & oblationes, Per eleemosynam verò intelligitur omne opus, quod ex misericordia impenditur ad proximi utilitatem.

## II ET MISERICORDIAM CONSEQUAMUR.

Qui vult misericordiam consequi, accedat cum humilitate, & fiducia, quia Salvatorum habemus Advocatum apud Patrem, si enim orans fiduciam non habet, pœnitentiam sterilem facit: misericordia Domini plena est terra; in Cœlo est misericordia salvans, Ps. 118. Domini in Cœlo misericordia tua: in Purgatorio est misericordia liberans liberaſti me à preſſura flammæ quæ circumdedit me: in Inferno est misericordia mitigans, quia Deus ibi punit citra eondignum, aut obliſceſcet miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? in Mundo est miſericordia conſervans quantum ad juſtos. Niſi Dominus cuſtodierit Civitatem &c. modo miſericordia expectans quantum ad malos, Ps. 126. an divitias bonitatis ejus, & patientiæ contemnis; modo miſericordia trahens quantum ad duros, qui per inspirationes, per prædicationem, per beneficia, per exemplam, per flagella trahuntur, modo miſericordia ſuſcipiens quantum ad revertentes. Et ſic bene dici Iſa. 55. poteſt miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus. Inveniemus igitur Ps. 144. miſericordiam, ſi eum qui dives eſt in miſericordia in jejunio, & oratione quaeramus.

12 Et hic nota, quod ſi vigilia S. Jo. Baptiſtæ incidat in feſto Corporis Chriſti, eſt anticipandum jejunium feria quarta, ex declaratione, Urbani VIII. ſub die 13. Octobris 1638. impreſſa in Bullar. tom. 5. conſtitut. 232. Et ſi vigilia S. Matthiæ Apoſtoli contingat in ultima die carnis, privi, nullo modo eſt transferenda, ſed eſt in ea jejunandum, ut bis reſpondit Sac. Congreg. Rituum nempe ſub diebus 23. Januarii 1694. & 11. Julii 1699. Unde caveas à Diana, quem refert, & ſequitur Gavant. manual. Epiſc. in verb. jejunium in addit. tenentes Epiſcopum poſſe dictam S. Matthiæ Vigiliam in ultima die Bacchanalium occurrentem, transferre in ſabbatum

precedentem, dictum Decretum eſt impreſſum in Bullariò Innoc. XII. in ordinem 92.

## Litteræ Pastoralis de Eleemoſyna.

## FORMULA V.

## SUMMARIUM.

- 1 Eleemoſyna eſt triplex, bona, melior, optima, & explicatur.
- 2 Eleemoſynam dare de ſuperſtuo eſt de præcepto, & n. 3.
- 4 Superſtuum, & ſumptuoſum cultum Templorum cum præjudicio pauperum, Sancti non laudant, & num. 5. 6. & 7.
- 8 Eleemoſynæ pro fabrica quaeri non poſſunt ſine Epiſcopi licentia. Sac. Congr. Concilii concedit licentiam quaerendi eleemoſynas pro fabrica vel Hoſpitali ſub conditionibus in Decreto quod aſſertur contentis, ibi. Gabella non ſolvitur pro frumento, & oleo aut vino dato pro eleemoſyna, ibi.
- 9 In eleemoſynarum diſtributione quid ſit ſervandum oſtenditur.
- 10 Epiſcopis non ſolum tenentur facere eleemoſynam pauperibus occurrentibus, ſed tenentur illos inquirere.
- 11 Qui dat eleemoſynam abundabit bonis temporalibus, & ſpiritualibus.

Ven. Frat. &amp; Dilect. Filiis Clero, &amp; Populo N.

**N**ulla alia res, Fratres, & Filii in Christo dilectissimi in sacris elo-  
 quis, tam enixe, tam frequenter nobis à Deo inungitur, quam  
*Luc. 10.* *eleemosyna*: nullique tam placatum se offert, quam iis, qui faciunt misere-  
*Prov. 22.* *cordiam*. Nos spe fulcit dum dicit: *Quicumque potum dederit uni ex mi-*  
*Dem. 15.* *nimis istis calicem aquae frigidae: amen dico vobis non perdet mercedem*  
*Tob. 4.* *suam*: benedictionibus replet inquit: *Qui pronus est ad misericordiam*  
*Matt. 5.* *benedicetur, de panibus enim suis dedit pauperi & alibi* -- Non obdurabis  
*Ezec. 18.* *cor tuum nec contrabes manum, sed aperies eam pauperi, ut benedicat tibi*  
*Ps. 40.* *Dominus in omni tempore: praemii allicit subjungens* -- *Ex substantia tua*  
*fac eleemosynam, praemium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis,*  
*& iterum: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur:*  
*Prov. 14.* *justos vocat dum ait* -- *Vir qui panem suum esurienti dedit, & nudum*  
*Prov. 21.* *operuerit vestimento, hic justus est, & vita vivet. beatitudine coronat per*  
*Prophetam suum dicens: Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem,*  
*& sapiens confirmat promissa cum ait: Qui miseretur pauperis beatus*  
*Ecol. 7.* *erit, & alibi: Qui sequitur justitiam, & misericordiam, inveniet vitam,*  
*justitiam, & gloriam.*

*Tob. 12.* Pauperibus igitur porrigite manus vestras, ut perficiatur propitiatio:  
*Hebr. 13.* quia eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quae purgat peccata, & facit  
 invenire misericordiam, & non patitur Animam ire tenebras. Benefi-  
 centiae, & communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur  
*Ecol. 17.* Deus, & eleemosynas vestras quasi signaculum cum ipso, uti pupillam  
 conservabit. Qui autem oburat aurem suam (dicit Dominus) ad  
*Prov. 21.* clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Haec fuit ini-  
 quitas Sodomae, superbia, saturitas panis, & obduratio cordis ad pauperem:  
 iudiciumque durissimum meruit sine misericordia quia non fecit  
 misericordiam.

*Ezec. 16.* Audite ergo me Fratres, & Filii carissimi: servite Domino in veritate,  
*Isa. 2.* & inquirete, ut faciatis ea, quae placita sunt illi: concludite eleemo-  
*Tob. 14.* *synam in manu pauperis, & haec pro vobis exorabit, & ascendet in con-*  
*Ecol. 29.* *spectu Dei, & liberabit vos ab omni malo. Filiis vestris mandate, ut faci-*  
*Act. 10.* *ant ad judicandum venerit, mereantur vobiscum audire illa jucundissima*  
*Tob. 14.* *verba: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum:*  
*Prov. 28.* *esurivi enim, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere,*  
*Matt. 25.* *hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: Amen dico*  
*Rom. 9.* *vobis quamdiu fecistis uni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Quod*  
 vobis, & mihi contingat per misericordiam ejus, qui est benedictus in  
 saecula. Amen.

## A D N O T A T I O N E S.

1 QUAE ELEEMOSYNA. In praecedenti Pastoralis Epistola de jejunio, & oratione dictum fuit, quod satisfactio Deo fit in tribus, jejunio scilicet, oratione, & ele-

mosyna, & sic cum de primis duobus actum fit tibi, nunc Episcopus agit de tertio. Eleemosyna est triplex, bona, melior, optima, bona est, quae fit à Clericis de fructibus Beneficiorum, & reddituum Ecclesiasti-

corum, in quibus habent dispensationem, & nihil præter victum, & vestitum juxta exigentiam status retinere possunt, ut in adnotationibus litteræ Pastoralis ad Clerum tactum fuit. Melior, quæ sit de patrimonio proprio quod quis ab hereditate Paterna, vel Consanguineorum acquisivit, & possidet. Optima, quæ sit de his, quæ acquiruntur proprio labore: quam Apostolus laudando, scribens ad *Ephes.* 4. dixit: *Laboret manibus suis operando, ut habeat unde tribuat necessitatem habenti.*

2. Eleemosynam dare de superfluo est de præcepto, non solum in lege veteri in qua Deus expressa præcepit in *cap. 15. Deuteronomi* dari his verbis: *Non deerunt pauperes in terra habitationis tue, idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui versatur tecum in terra: sed in Evangelica, in qua Christus præceptum innovavit dicendo: Quod superest date eleemosynam Luc. 11. & interrogatus à Turbis, quid agere deberent ut gehennam possent evadere, & salvari, respondit: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat Luc. 3. ad quæ verba Basilii ait: *Docemur ex omni quod affluit debere nos erogare ei, qui non habet imò tam enixè pauperibus succurri voluit, ut suis fidelibus consilium dederit, vendere ea quæ possident. Dum ait: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam Luc. 12. ideòque D. Hieron. Epist. 150. scribens Edibæ dicit: Si plus habes quam tibi ad victum vestitumque necessarium est, illud eroga, & in illo debitricem esse tenovetis.**

3. Hocque clarius fit ex eo, quod in die judicii, qui non fuerint misericordes, ad sinistram in numero reproborum collocabuntur *Matth. 25.* Nullus autem punitur poena æterna pro omissione alicujus, quod non cadit sub præcepto, sed aliqui puniuntur poena æterna pro omissione eleemosynarum, ut patet ibi; ergo dare eleemosynam est in præcepto. Argumentum est Divi Thom. 2. 2. *quest. 32. art. 3.* ubi in responsionibus ad opposita, firmat hoc intelligere debere de his, qui superflua sibi, suisque non necessaria secundum

Monacelli Form. Pars II.

præsentem statum, pauperibus erogare negligunt, & nolunt. Si hæc recogitent Clerici: si hæc feridè perpenderent laici, superflua eorum statui, non in usus pravos, & illicitos: non in commestationibus, & voluptatibus, non in ludis, & venationibus infunderent ( prout sine scrupulo faciunt multi ) sed pauperibus, ut Christus jubet, elargirentur.

4. Sunt autem eleemosynæ non solum in usus pauperum erogandæ; sed etiam in cultum Divinum, & usum ac manutentionem ministrorum, non ad pompam cum vana superfluitate: sed cum moderatione, & ad decentiam. Nam Templorum nimium, & sumptuosum cultum, cum præjudicio pauperum Sancti PP. non laudant: cum plus vanitatis aut curiositatis, quam solidæ pietatis habeat.

5. **SANCTUS HIERONYMUS** Scribens ad Nepotianum, hæc habet: *Necque verò mihi aliquis opponat dives in Judæa Templum &c. tunc hæc probabantur à Domino quando Sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudum erat redemptio peccatorum. Nunc verò cum paupertatem Domus sue pauper Dominus dedicavit, cogitemus crucem ejus, & divitias lutum putabimus. Et scribens ad Demetriadem Epist. 8. de Virginitate servanda ait: Alii ædificant Ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles advehat, earumque dearent capita, ebore argentoque valvas, & gemmis aurata distinguant Altaria, non reprehendo, non abnuo: sed tibi aliud propositum est, Christum videre in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his qui recto indigeant: Virginum alere Monasteria: servorum Dei, & pauperum spiritum habere curam.*

6. **SANCTUS BERNARD.** de vit. mor. & Offic. Præsul. cap. 11. rigidius Hieronymo favet his verbis: *O vanitas vanitatum, sed non vanior quam insanior fulget Ecclesia in parietibus, & in pauperibus eget: suos lapides induit auro, & suos filios nudos deseruit. De sumptibus egenorum, servitus oculis divitum. Inveniunt curiosi quo delectentur, & non inveniunt miseri, quo sustententur. Et conso-*

X nant

nant Ambros. lib. 2. de Offic. cap. 2. & Chrysof. homil. 60. ad Populum.

7. Item fayer Divina Scriptura Exod. 36. ubi volens Moyses constituere Tabernaculum Arcæ Domini, & Populus plus offerret, quam esset necessarium pro illius constructione, & ornamento, jussit Præconis voce prohiberi, ne quis offerret quidquam ultra in opere Sanctuarii, eo quod oblata sufficerent: quod bene intelligens S. Cæsareus Archiepiscopus Arelatensis, dona pretiosa, quæ habuit à Theodorico Rege Gothorum, pauperibus suæ Diocesis distribuit non autem Ecclesiæ donavit dicens, magis placere Deo distribui divitias pauperibus, quam Ecclesiis, & Altaribus, ut ex Briet. ad annum 508. refert Forest. in Mappam. Hist. tom. 4. part. 1. in Vita Clodovei. Et tandem ratio præcipua horum est, quia aurum habet Ecclesia, non ut fervet, sed ut erogat, & subveniat in necessitatibus; aurum Sacramenta non quærunt; neque auro placent, quæ auro non emuntur; ornatus Sacrorum est redemptio captivorum, & vera illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas à morte: ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis ejus est operatus, & nemo potest dicere, cur pauper vivit: nemo potest quæri, quia captivi redempti sunt: sunt verba Episcopi Leonis *Thesaur. for. Ecclesiast. part. 1. capit. 15. num. 9.* Honestum autem, & moderatum cultum nemo plus, aut prudens culpabit, & quisque verebitur canere cum Persio: *Dicite Pontifices; in Sancto, quid facit aurum?*

8. Hujusmodi autem eleemosynæ, quæ colliguntur, ut in Fabricam Ecclesiæ, vel alium usum pium erogentur, quæri non possunt sine licentia Episcopi, prout dixi in *annot. ad form. 6. titul. 6.* Nisi fortè obtineatur facultas Sac. Congregat. Concil. quæ aliquando, causa rationabili, & laudabili impellente, ut etiam Ordinarius irrequisitus quæri possit concedit: *Ita tamen (sunt verba Decreti expediri soliti) ut qui electi fuerit ad eas quærendas contineant se intrâ limites alias ab eadem*

Sacr. Congregat. præscriptas videlicet, ut propter hanc operam minimi sint dalarum eleemosynarum participes, munere isto piè, modeste, & absque ullo dolo, nullaque fraude fungantur, quæstorum nomen nullo modo gerant, non secum ferant privilegia, non reliquias, non minis, aut imprecationibus inducant fideles ad eleemosynam præstandam; non petant tantquam debitum, aut solitum, neque ulla arte, aut prætextu, dicendi cupiditate Sancti Orationem, pecunias, vel alia bona extorqueant, sed tamen à sponte detentibus eleemosynas accipiant, in usum dicte Ecclesiæ, vel Hospitalis erogam. Præterea non prædicent, nisi in singulis Diocesis ad id saltem semel fuerint approbati, à locorum Ordinariis, hæc autem facultas ad quinquennium tantum duret, eoque elapso, statim expirare censetur, & post duos priores annos, ac in fine quinquennii N. teneatur certiorare Sac. Congreg. de quantitate eleemosynarum perceptarum, ac de illarum conversione in prædictum usum, sub pœna suspensionis à Divinis ipso jure incurren. Si concessit in *Vicen. 13. Julii 1630. lib. 12. Decr. pag. 302. & in alia Civit. Ducalis 6. Martii 1632. d. lib. 14. pag. 419.* Ex qua Decreti seu licentiæ formula, Episcopus remanet instructus, quid habeant hi in facultatibus, & quomodo se gerere debeant in eleemosynarum collectione. Pro frumento autem, oleo, vino, & similibus dato, & recepto pro eleemosyna non solvitur gabella, ut declaravit Sac. Congreg. *Immun. in Osen. 26. Febr. & in Valentina 12. Novembr. 1658. lib. Decr. Rocci fol. 67. à tergo, & fol. 134. à tergo: neque pro frumento, aliaque re in Eleemosynam convertenda eadem Congreg. in Monopolitana 20. Septembr. 1650. lib. 4. dec. fol. 120. à tergo.*

9. In distributione verò eleemosynarum pauperibus facienda, plura servanda sunt. Primò, ut potius captivis qui apud hostes detinentur, quam aliis liberis succurratur. Secundò, ut non uni tantum pauperi detur, sed inter plures dispensentur. Tertio, ut potius Consanguineis egentibus ad naturæ sustentationem quam cæteris paribus

bus pauperibus succurratur: vel etiam si sit distributor, & ipse sibi accipiat, si vere indigeat eo tenore, quo, & aliis ministrat. Quartò atas, quia minus aliis largiendum; quam Senibus, qui nequeunt laborare. Quintò nobilitas, quia potius nobilibus, quam ignobilibus, qui non verècundantur eas petere sicuti primi, danda sunt, præsertim si sine vitio pauperes evaserunt. Sextò ut fiat eleemosyna de iustè, & non de illicitè acquisitis. Septimò ut fiat propter Deum non autem ob inanem gloriam Graff. in *Appendic. decis. aur. lib. 1. cap. 12. à num. 17. usque ad fin.*

10. Episcopi autem non tantum pauperibus sibi occurrentibus, eleemosynam de superfluo, aut in extrema necessitate constitutis, sicuti cæteri Christifideles dare, sed etiam ex Officio illos in sua Diocesi inquirere, & egestatibus providere tenentur, ut communiter tradunt morales Theologi, & præsertim Bonacín. in *primo Decalogi præcepto disp. 3. qu. 4. punct. 6. prop. 2. num. 10. ubi sic ait: Virum habentes superflua vitæ, & status pauperes inquirere teneantur; Respondeo Negative, sed sufficit, ut animo parati sint ad eorum necessitates sublevandas dummodo occurrerint: Secus dicendum est de Episcopis, isti enim tenentur ex Officio necessitatibus occurrere: nam Patres pauperum nuncupantur, & consequenter speciali onere tenentur pauperes inquirere, ut ipsorum subleventur indigentiam: Bonacínam sequuntur Basseus verb. *eleemosyna num. 6. & alii cum Dian. tract. 7. resol. 22. & resol. 23. utrobique num. 1. & hoc est, quod dicit Paltes: Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem Psal. 40.**

11. **NON INDIGEBIT.** Id est nec pane quotidiano, nec gratia spiritali: Nam fructus eleemosynæ est augmentatio temporalium juxta illud in *Prov. 3. Honora Deum de substantia tua, & da ei, & implebuntur horrea tua sanitate, & torcularia tua vino redundabunt: & aliud Evangelii Luc. 6. Date, & dabitur vobis: necnon remissio peccatorum Eccles. 3. Dan. 4. & argumentatio gratiæ 2. Cor. 9. & tandem præmium æternum obtinere, unde dicit Christus eleemosynam dantibus: Men-*

suram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum: ut intelligamus, quod eleemosyna est Ostiaria Paradisi, & quod Dei misericordiam difficilè potest promoveri, qui misericors non fuerit: & quod debeat Dominus de libro vitæ eos, qui non sunt recordati facere misericordiam *Psal. 108.*

Litteræ Pastoralis de Indulgentiis  
ad Populum.

FORMULA VI.

SUMMARIUM.

- 1 Indulgentia concessa per Papam alicui capellæ pro defunctis non extenditur ad vivos.
- 2 Indulgentia concessa pro defunctis prodest etiam si ille, qui illam applicat non sit in statu gratiæ.
- 3 Ad acquirendam Indulgentiam non exigitur confessio, si ille, qui illam lucratur est in gratia, & n. 4.
- 5 Celebrans missam de Sancto, seu de feria currenti ad Altare privilegiatum, consequitur Indulgentiam, quando fuit concessa generaliter celebrantibus, & afferuntur rationes.
- 6 Indulgentia concessa per Papam Sacerdotibus Celebrantibus missas Defunctorum, cessat si ibidem celebretur missa Votiva, vel de Sancto, nisi occurreret festum duplex, vel dies in qua Missæ Defunctorum nequeunt celebrari, & affertur Decretum.
- 7 Indulgentiarum beneficium est præstantissimum, & gratiarum actione dignum.
- 8 Indulgentiæ non possunt à nemine in Diocesi publicari sine expressa licentia Episcopi, non obstante contraria Consuetudine.
- 9 Indulgentiæ concessæ pro certo die, non transferuntur cum Officio, nisi si Papa expressè concedat.

1. **I**L Sagro Concilio di Trento, insegna, e colla sua autorità definisce, e determina, che la Santa Chiesa Cattolica ha ricevuto da Giesù Christo la facoltà di concedere le Indulgenze, e che di questa autorità la medesima Santa Chiesa si è servita in ogni tempo, hor con minore, hor con maggior abbondanza e liberalità secondo c'ha giudicato espediente per la gloria di Dio e per il maggior ben' e profitto de' suoi fedeli. E perche quest' uso salutare, è di gran vantaggio à quelli, che vivono nel grembo di essa Santa Chiesa, ci è parso conveniente colla presente lettera Pastorale di fare intendere al Popolo alla nostra Cura commesso, il valore, & il prezzo delle Indulgenze, l'effetto che producono in chi degnamente le riceve: accioche non se ne abusino, come ben spesso accade per ignoranza.
2. Sono dunque le Indulgenze una remissione, & una condonazione della pena temporale dovuta a' nostri peccati attuali, i quali benchè nel Sacramento della penitenza quanto alla colpa siano stati rimessi e perdonati, nulladimeno restando ordinariamente (così richiedendo la Divina Giustizia) il debito della pena temporale, rimane in noi il gravissimo peso della sodisfazione, che pagar si dovrebbe, con abbondanti limosine, digiuni, e con altre lunghe, e severe penitenze secondo il prescritto de' Canoni penitenziali, ò con atrocissime pene nel purgatorio: ma riuscendo quelle alla fiacchezza humana difficili à praticarsi, ci si dà la remissione di dette pene mediante l'applicazione delle sodisfazioni, e meriti soprabondanti della Passione, e Morte di Giesù Christo Salvator nostro, di Maria Vergine nostra Signora, e di tutti gli altri Santi, che si riservano nel Tesoro della Chiesa, per essere applicati a i Fedeli dal Sommo Pontefice, à cui il Figliuolo di Dio come à suo Vicario, dato ha questa potestà allor che disse à S. Pietro *Quodcumque solveris super terram &c.*

*Matt. 16.* E per bene intender ciò si deve avvertire, che in qualunque buona opera, che facciamo in gratia, v'è un doppio valore cioè, di merito essendo degna della vita eterna, e di sodisfazione per la pena dovuta al peccato, in quanto al merito egli è personale, e non si può applicare ad altri: in quanto poi alla sodisfazione, ella si può comunicare ad altri. Hor la Passione, e Morte di Giesù Christo il cui merito bastava per redimere infiniti Mondi, & infiniti huomini, i meriti di Maria V. che patì tanto ancorche non peccasse mai venialmente i meriti di S. Gio: Battista, che fu santificato nell'utero materno, & il cui cibo furono le locuste e'l mel Silvestre, e di tutti gli Apostoli e di tutti i Martiri in tanto gran numero, di tutti i Confessori, e delle Vergini, che soffirono lunghi, e gravissimi tormenti e travagli, e fecero azioni eccellenti, e sodisfattorie, benchè non avessero bisogno di sodisfare per le loro colpe, che mai commissero, ò bastasse molto meno, certo è che non devono perdersi: ma la soprabondanza di queste sodisfazioni, ad essi superflue, deve riserbarsi nel Tesoro della Chiesa, (come si riserva una borsa d'una Città, per sovvenire alle necessità del publico) à fine d'applicarsi à i fedeli ne i loro bisogni spirituali.

4. La Chiesa concede quest'Indulgenze in varie maniere: poiche alle volte le concede plenarie, & in virtù di queste, rimette intieramente tutta la pena, ch'era dovuta à i peccati rimessi quanto alla colpa, cioè quando si sono validamente confessati di modo che morendo dopo l'acquisto dell'Indulgenza plenaria nel modo che si dovria andrebbe l'Anima à drittura in Paradiso. Altre volte le concede non plenarie, ma per un certo numero d'anni, quarantene, ò giorni & in virtù di queste Indulgenze s'ottiene altrettanta remissione della pena dovuta à i peccati, quanta se ne sarebbe ottenuta, se si fosse fatta sette, dieci anni, quaranta, ò cento giorni di penitenza nel modo imposto, e prescritto da gl'antichi canoni penitentiali, e secondo l'uso della primitiva Chiesa ò dal Sacerdote nel Sacramento della penitenza, e non già che si rimettino ò rilassino sette, dieci anni, ò cento giorni del tempo che converrebbe stare in purgatorio; come alcuni credono: benchè succedono le pene del purgatorio à quelle che in questa vita si devono intieramente sodisfare, ne siegue che liberando l'Indulgenza dal debito delle suddette pene temporali, libera anche dalle pene, le quali secondo la proporzione a Dio nota dovrebbero patirsi nel purgatorio.
5. Suole anche la S. Chiesa concedere le Indulgenze non solo à i fedeli viventi sopra la terra, ma ancora agli altri, che essendo morti in gratia, non hanno pienamente sodisfatto alle pene dovute à loro peccati, e però vengono ritenuti in purgatorio, con questa differenza però, che à i vivi si concede per via d'assoluzione, havendo giurisdizione diretta sopra di essi, e potendo loro dispensare le sodisfazioni soprabondanti di Giesù Christo, di Maria Vergine, e de Santi: *ma in quanto à i defonti*, come che questi non sono più della giurisdizione della Chiesa, si applicano ad essi le Indulgenze solamente per modo di suffragio, cioè per modo di preghiera ed impetrazione, offerendo à Dio le sodisfazioni di Giesù Christo suo figliuolo della Santissima Vergine e de' Santi, affinche si degni d'accettarle per la sodisfazione dell'Anime del Purgatorio di quello devono alla Divina giustizia.
6. La distribuzione di questo Tesoro inefauso appartiene come s'è accennato al Sommo Pontefice, come à Vicario di Christo Signor Nostro, che l'ha costituito Pastore universale della sua Chiesa, e però ha una piena facoltà di concedere per cause giuste, ragionevoli e convenienti ogni sorte d'Indulgenze. I Vescovi, ed Arcivescovi poi hanno facoltà, per haverla ricevuta dallo stesso Sommo Pontefice, di concedere le Indulgenze nelle loro Diocesi, di un anno nel giorno della Dedicatione della Chiesa e di quaranta giorni, ogni volta, che giudicano essere espediente per la salute dell'Anime a loro commesse, e nessun'altro, che non habbia giurisdizione Episcopale può concedere le Indulgenze, se non per via di commissione, ò privilegio datogli dal Sommo Pontefice, ò dal Vescovo, ancorche fosse di questo Coadjutore con futura successione.

Extr. I.  
de pen. &  
remiss.

C. Cum  
ex eo de  
pen. &  
remiss. S.  
Congreg.  
Rit. apud  
Summ.  
bul. verb.  
Archiep.  
post n. 12.

7. Accioche le indulgenze produchino il loro effetto, vi si ricercano le disposizioni necessarie, che sono principalmente due. La prima, che colui il quale vol guadagnare per se l'Indulgenza, habbia la coscienza pura, e netta da ogni peccato mortale, e sia in stato di grazia, perche la pena del peccato non viene mai rimessa, se prima la colpa non sia perdonata.
8. La seconda disposizione è, che bisogna adempire esattamente tutto ciò che viene ingiunto dal Pontefice, nel breve concesso dall'Indulgenze, o dal proprio Vescovo, & ordinariamente le opere, che si prescrivono, sono la Confessione, e Comunione, la visita delle Chiese, le orazioni vocali, i Digiumi, e le Elemosine. Ed oltre l'adempimento di quest'opere si da noi per consiglio di fare anche altr'opere satisfattorie, che ciascheduno havrà tempo, & occasione di fare, per supplire con esse a i molti difetti; e mancamenti che Dio vede in noi, quali possono recare qualche impedimento agli effetti delle Sante Indulgenze, e delle Divine misericordie.
9. E se bene potiamo porgere à Dio preghiere, offerir digiumi, orazioni, & altr'opere satisfattorie per i nostri prossimi vivi, non solo per la remissione delle pene dovute a i loro peccati; ma ancora per impetrar le grazie, che sono necessarie alla salute del corpo, e dell'anima: non potiamo però applicare per essi il frutto dell'Indulgenza, che noi guadagnamo, essendo l'intenzione della Chiesa, che vagliano solamente à quelli, che le guadagnano. Ma quanto a defonti, quando il Sommo Pontefice concede d'applicarle per essi per modo di suffragio, come s'è detto all'hora adempiendo noi l'opere prescritte, potiamo applicar loro il frutto dell'Indulgenza, non solamente per le Anime purganti in generale, ma per le Anime, o Anima particolare si come la S. Chiesa piamente crede, che quell'Anima, per cui fu applicata l'Indulgenza, o celebrata la Messa all'Altare privilegiato sia liberata, e che ex benignitate, & misericordia, l'habbia accettato.
10. Ma non per questo noi Fedeli dobbiamo tralasciare di continuare le orazioni, & i suffragii per quelle: accioche questi multiplicati S. D. M. le assolva dalla pena, come mosso da causa più efficace. Et inoltre continuiamo i suffragii, e le preghiere per i defonti particolari. ( ancorche piamente crediamo, che siano in Cielo ) accioche restino sollevate anche le Anime del Purgatorio abbandonate: essendo sentenza di gravissimi Teologi, che la Divina misericordia applichi all'Anime più bisognose, le orazioni, & i suffragii, che vengono offerti per le Anime particolari, quando queste siano già liberate. Et anche per accrescere il contento, e la gloria accidentale all'Anime de defonti, le quali regnando nella gloria beata, godono che i loro amici, e congiunti, esercitando quest'opere di carità, si rendano più grati à Dio il quale viene in esse onorato.
- Concede anche la Santa Chiesa l'Indulgenze in forma di Giubileo, così chiamato dalla parola *Jobel* ch'in lingua hebrea vuol dire Anno di re-

Apud  
Grass. in  
App. dec.  
aur. l. 2.  
de indul.  
c. 4. n. 31.  
& seqq.

Lev. 25.  
& 27.

di remissione, in cui l'Eredità vendute, ritornavano a i Venditori senza pagar cosa alcuna, e gli Schiavi venivano posti in libertà: figura è questa de i Giubilei, che publica la Santa Chiesa, ne i quali i fedeli vengono liberati, e prosciolti della servitù del Demonio, e ritornano al possesso dell'Eredità del Cielo. Questi Giubilei altre volte i Sommi Pontefici non solevano publicarli, che di cento in cent'anni, poi di cinquanta in cinquanta, ma ne tempi nostri si publicano ogni venticinque anni, e chiamasi il Giubileo dell'anno Santo: à distinzione de gli altri, che dagli stessi Sommi Pontefici si publicano in occasione di qualche grave bisogno, e causa publica urgente della Santa Chiesa.

Trà il Giubileo, e l'Indulgenza Plenaria in quanto all'abolizione, e remissione della pena, non v'è differenza, perche ambedue la rimettono plenariamente; ma solamente v'è differenza quanto alla giurisdizione per i Confessori, a quali ne i Giubilei suol concedersi ampiamente colla facoltà d'assolvere da casi riservati, e da Censure, e dispensare, e commutar voti: il che non si concede nell'Indulgenze plenarie. Dobbiamo per tanto *render gratie continue* à Giesù Christo Nostro Signore, che dopò aver sparso tutto il suo Divinissimo Sangue sopra la Croce, si è compiaciuto per eccesso d'amore, e carità lasciare alla Santa Chiesa sua Sposa, e Madre nostra un Tesoro inestimabile non solamente de' suoi meriti, mà anche delle sue soddisfazioni per facilitare à noi la strada del Paradiso, e prepararci l'acquisto dell'Indulgenze colle disposizioni dovute, e colla più pura e retta intenzione, che c'è possibile, glorificandolo quando riceviamo i suoi beneficii, & avvertendo di non abusarcene, perche ci vengono concesse tanto spesso, e con tanta liberalità da Superiori, ed impiegare tutte le nostre forze per amarlo, e servirlo con maggior fervore, e perfezione, esercitandoci continuamente in atti di viva fede, speranza, e carità, e nell'altre virtù Christiane per meritare l'eterna retribuzione, ch'egli per sua misericordia ci conceda. Amen.

## ADNOTATIONES.

1. *MA IN QUANTO AI DEFONTI.* Indulgentia concessa per Papam alicui Capellæ pro defunctis, non extenditur ad vivos; adeout, qui vivens celebrat, aut ibi celebrari faciat pro se Missam, illam non consequitur, sic respondit Navar. *consil.* 39. par. 2. de penit. & remiss. quia ut ipse ait Indulgentia, ut quaeratur per solum factum alterius vivo, raro, aut nunquam conceditur.

2. *PER SE.* Additur hæc particula ad demonstrandum, quod si Indulgentia sit applicanda per modum suffragii defunctis, & non pro se ipso, procederunt

opera injuncta, & indulgentia acquiretur, etiamsi vivus applicans non sit in statu gratiæ secundum sententiam Navar. in *comment. de Anno Jubilei notabil.* 22. n. 31. & sequitur Grass. in *Appendic. decis. aur. lib. 2. tit. de Indulgent. cap. 4. num. 21. juncto num. 36.* ubi propositionem suam sic probat -- *Rursum non refert an vivus, qui accipit Indulgentiam pro mortuo sit in statu gratiæ, vel non, & ita Indulgentia sumpta à malo pro defuncto prodest ei, cum malus non satisfaciat, sed facit illud opus ob quod Papa satisfactionem Christi, & aliorum Sanctorum defuncto impertit, licet Suffragium mali non prosit, juxta illud Isa. cap. 1. & cap. quod intellige, quando sit proprio no-*

mine, secus si nomine, & intentione totius Ecclesie universalis, vel quando quis agit, ut instrumentum alterius privati committentis alteri orationes, aut Sacrificia D. Tho. in 4. sent. distin. 45. quæst. 2. art. 1. & ratio est, quia quando causa principalis est Deo accepta, qualis est intento meritoria iusti, malitia ministræ virtutem operis non destruit, hæc ille.

Navar. & Grassium cum aliis pluribus sequitur quoque Bonac. de Indulgent. disp. 6. qu. 1. punct. 6. prop. 1. nu. 11. inquit — Qui verò facit opus ad consequendam Indulgentiam pro defuncto, non est necesse, ut sit in gratia, quamvis existens in peccato mortali non possit suis operibus satisfacere pro se, aut pro alio, nihilominus potest Indulgentiam pro defuncto lucrari, si faciat opus prescriptum ad obtinendam indulgentiam pro defuncto, tunc enim ipse non dicitur satisfacere, sed facere opus, quo posito Summus Pontifex applicat defuncto indulgentiam, id est satisfactionem Christi, & Sanctorum, nam Indulgentia habet suum valorem ex opere operato, & non dependet à gratia illius, qui pro defuncto indulgentiam lucratur, ita Suarez, &c. Hæc sententia, quæ inter morales Theologos communior videtur, licet tenenda sit; pœnitentibus tamen contraria, quæ oppositum docet, erit per Confessarium consulenda: tùm pro majori securitate Indulgentiæ: tùm ad excitandum peccatores ad conversionem.

3. LA CONFESSIO. Quia regulariter Papa concedit Indulgentias verè pœnitentibus, & confessis, hinc oritur dubium, an ad acquirendam indulgentiam necessariò requiratur Confessio, vel sufficiat, quod quis sit in gratia, & non habeat peccata lethalia? Navar. in comment. de Jubil. & Indulgent. notabil. 18. n. 18. hæc habet — Nonò non esse necessarium facere Confessionem, die vel tempore, quo indulgentia est lucrificanda, sed satis est quod post ultimam Confessionem nullum peccatum mortiferum admisserit, neque de aliquo nondum confessione detecto noviter recorderetur, quod frequenter respondi. Et not. 30. num. 6. ibi — Secundò dico, quod quamvis indultum dicat de plenaria remissione omnium peccatorum, de quibus est ore confessus, & corde contritus, tamen non tene-

tur confiteri de aliis antea confessis, nec venialibus.

Grass. in Appendic. decis. aur. libr. 2. de Indulgent. cap. 5. idem tenet num. 9. dicendo — Ad consequendam Indulgentiam, que datur confessis, non est necessaria confessio, quando post ultimam Confessionem nullum peccatum mortiferum quis admisserit, neque recordatus fuerit aliquid nondum confessum. Hinc est quod si conceditur Indulgentia plenaria omnibus verè pœnitentibus, & confessis visitantibus Ecclesiam Sancti Gregorii in festo, si aliqui post ultimam Confessionem nullum peccatum mortale commiserint, licet habeant peccata venialia, & neque recordati sunt aliquod peccatum mortale nondum confessum, visitaverint Ecclesiam, implent formam Indulgentiæ, quamvis non sint confessi, cum sint verè pœnitentes, & ritè confessi, &c. & paulò post — Tutius tamen esset, & ita observari, quando casus mihi occurrit, ut intra tempus publicationis, confiteatur saltem quis aliquod veniale: Indulgentia enim sunt interpretandæ, ut sonant, & Papa videtur inducere ad confessionem supererogationis, ut tutiori remedio in gratia confiteatur, impetret efficacius finem ob quem conceditur Indulgentia.

Leo Theol. for. Eccles. part. 1. cap. 7. de Indulgent. post numer. 27. ait sic. Quando confessio solum exigitur tanquam dispositio, probabilius est, si quis nullius peccati mortalis post præteritam confessionem sit conscius non esse necessariam, &c. At quando exigitur confessio tanquam opus, aut pars operis pro quo Indulgentia datur, videtur quod peccata venialia debeant confiteri, quoniam si quis non facit opus pro quo Indulgentia conceditur, non consequitur Indulgentiam, &c.

Bonaccin. titul. de Indulgent. disput. 6. quæst. 1. punct. 5. prop. 2. num. 7. dicit sic — Sed modò dubium est primò, utrum ad consequendam indulgentiam faciendam sit confessio venialium, & peccatorum alias ritè confessorum, quando in Bulla exprimitur confessio ad consequendam indulgentiam, sed suscepturus indulgentiam existit in gratia, habetque peccata tantummodò venialia? Respondeo negativè cum Henric. Suarez. Navar. Filliuc. Régin. & aliis; modò in Bulla non exprimitur confessio venialium.

lum. Ratio est, quia quando in Bulla exprimitur confessio, sermo est de confessione respectu illius, qui conscientiam habet peccati mortalis, nisi aliud exprimat; confessio simpliciter dicta ex communi usu, & sensu Ecclesie, censetur confessio mortalium. Ob id Ecclesia sicut non solet præcipere confessionem venialium, ita neque consuevit confessionem venialium requirere ad consequendam Indulgentiam.

4 Et hæc ultima Bonaccinæ Sententia mihi omnino tuta videtur, & quod expressio confessionis in Brevibus Indulgentiarum simpliciter facta, semper censetur apposita per modum dispositionis, & non conditionis, seu partis operis: cum verè dicatur rite confessus, qui permanet in statu gratiæ post præcedentem confessionem: nec præsumatur quod fuerit Papæ intentio (nisi exprimat) obligandi ad iterum confitenda peccata, quæ quis legitime semel confessus fuit: quanquam qui hoc faceret, vel venialia confiteretur bene faceret (juxta bonum consilium Grassi) sed non ex necessitate faceret, ut melius prius respondit idem Auctor p. 1. decis. aur. lib. 4. cap. 15. num. 34. ad casum propositum dicens - Datur Indulgentia plenaria suorum peccatorum omnibus, qui sunt verè penitentes, & confessi, dummodo die octavo Januarii visitaverint Ecclesiam S. Severini Neap. Accidit ut multi fideles confessi fuerint biduo ante festum Sancti, & tunc tempore visitationis Ecclesie S. Severini sunt in statu gratiæ. Queritur an sufficiat ad assequendam indulgentiam illos fuisse confessos de peccatis, an requiratur, ut denuo confiteantur? Respondet quod sufficit illa prima confessio, & non est iterata confessio necessaria, quamvis illam iterare utile sit, & ratio est: quia ex quo iste, qui alias rite confessus est peccata sua, stat in statu gratiæ, ergo implet formam Indulgentiæ, cum sit verè penitens, & rite confessus, & per consequens consequitur effectum Indulgentiæ. Unde illud participium confessi exponendum est hoc pacto, id est, qui sunt, vel fuerunt confessi, &c.

5 O CELEBRATA LA MESSA ALL'ALTARE PRIVILEGIATO. Hic admonendi sunt Sacrificæ, & Sacerdotes celebrantes, (qui ut plurimum in hoc errant putantes nonnisi missam de-

functorum celebrari posse (quod indulgentia plenaria, quæ per Papam conceditur Animabus defunctis per modum suffragii, quotiescumque, vel aliquo determinato die celebratur missa super tali Altari non specificando missa Defunctorum, vel aliam non requirit magis unam, quam alteram missam, sed sufficit ad acquirendam indulgentiam quælibet missa tam de Sancto, quam de feria, quam de defunctis: quia Indulta, seu Brevia quæ generaliter, & sine restrictione ad missam de Defunctis conceduntur, non debent ad dictas Defunctorum missas limitari, quia lex, sive positio generaliter est intelligenda, cap. solita de major. & obed. Secundo quia omnes missæ sunt æqualis valoris quoad valorem, quem ex opere operato operantur, cap. intra 1. quest. 1. Tertio quia licet valor missæ pro defunctis valere videatur aliquid quoad valorem operis operantis ea ratione, quod totus ferè tenor ejus resonet defunctorum commemorationem alio tamen respectu valet minus, quia brevior est, & brevius, & mirus, attentè temporum vitio celebratur, quam alia. Quarto quia frequenter memoria Sanctorum quorum celebratur missa, & novitas officii auget devotionem celebrantis ex qua pendet valor operis operantis, ita supradictis ac aliis rationibus perpenfis docet Navar. consil. part. 2. de penit. & remis. cons. 37. per tot. Et hoc intelligendum est, quando Sacerdos ex promissione, vel ex fundatione non teneatur celebrare certas & peculiare missas; tunc enim erit servanda promissio, seu fundatio: immò quod etiam in hoc casu possit Sacerdos absque infidelitate, & delicto celebrare missam de eo, de quo fit officium: tum quia servandus sit ritus Ecclesie, & quisque debeat missali, & communi usui se conformare: tum quia defectus missæ petitæ suppleatur, & compensetur devotione, & intercessione illius Sancti cujus missa celebratur, firmat, viginti DD. citatis, Bonaccin. de Sacram. Eucharist. disput. 4. quest. ultim. punct. 7. §. 3. num. 4. vers. dixi per se loquendo.

6 Regulariter tamen hujusmodi Indulta sive privilegia perpetuò, vel ad tempus conceduntur à Summo Pontifice Sa-

Sacerdotibus missas defunctorum aliquo determinato die, vel diebus, sive quotidie in Altari pariter determinato celebrantibus, quo casu si in dicto Altari privilegiato celebraretur missa de Sancto, vel Votiva, cessaret pro illa missa privilegium, sive Indulgentia, nisi occurreret Festum duplex, vel dies, in qua defunctorum missæ juxta ritum, & morem Ecclesiæ celebrari nequeunt, ut V. G. dies Dominica, vel infra Octavam Paschatis Resurre-

ctionis, Pentecostes, Epiphaniæ, Corporis Christi, dies Cinerum &c. quibus diebus missæ, quæ in prememoratis Altaribus privilegiatis celebrantur, easdem habent Indulgentias perinde, ac si celebratæ fuissent missæ defunctorum, ita declaravit S. M. Alexander VII. die 22. Januarii 1667. Clemens IX. die 23. Septembris 1669. & Innocentius XI. die 4. Maii 1688. cujus decretum, quod anteriora complectitur ponitur hic per extensum.

*Confirmatio Decreti Congreg. Sacrorum Rituum, quo deciditur, declarationem à fel. rec. Alexandro VII. circa Altaria privilegiata perpetua editam, ejusque extensionem ad Altaria ejusmodi privilegio temporaria; nec omnibus hebdomadæ diebus decorata à rec. mem. Clement. IX. concessam, intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas Missæ defunctorum celebrari non possunt.*

## INNOCENTIUS PP. XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

**A**lias postquam fel. rec. Alexander PP. VII. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 22. Januarii MDCLXVII. expeditas litteras dubia in diversis Mundi partibus occasione Decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die 5. Augusti MDCLXII. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in festis ritus duplicis exorta dirimere cupiens, inter cætera quoad Altaria Privilegio Apostolico pro animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in festis ritus duplicis celebrandæ fuissent Missæ defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri: injunctis obligationibus, & indulgentias, per ejusmodi privilegia Apostolica, concessas animabus fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratæ fuissent Missæ defunctorum ad formam dictorum privilegiorum; rec. mem. Clemens Papa IX. pariter Prædecessor noster aliam subinde ortam dubitationem, utrum scilicet dictarum Alexandri Prædecessoris litterarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet, similiter tollere desiderans declarationem à memorato Alexandro Prædecessore, sicut præmittitur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, & non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, tunc, & in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolica extendit, & pro-

& proinde ut Missæ, quæ ibidem de Festo currenti, in quo Missæ defunctorum celebrari non possent, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrandæ essent, suffragarentur, ita ut animæ Christi fidelium pro quibus celebrarentur, Indulgentias per privilegia huiusmodi concessas consequerentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si Missæ defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratæ fuissent, eadem auctoritate concessit, & indulgit, & aliàs prout in ipsis Clementis Prædecessoris litteris etiam in forma Brevis die 23. Septembris MDCLXIX. desuper expeditis, quarum, & præfatarum Alexandri Prædecessoris litterarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem postmodum sicut accepimus, novum circa præmissa excitatum fuerit dubium, videlicet, an supradictæ Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes sibi pariter locum vindicarent etiam in diebus Dominicis, & infra Octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, aliisque anni diebus, quibus, licet à festo duplici non impediuntur, adhuc tamen Missæ defunctorum juxta ritum, & morem Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missæ, quas iisdem diebus celebrare licet, servata ceteroqui dictorum privilegiorum forma, ad præfata Altaria privilegiata celebrantur, Nosque dubium huiusmodi Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Eccl. Card. Sac. Ritibus Præpositorum examinandum commiserimus, ac ead. Card. Congr. re maturè discussa nuper per suum Decretum die 3. Aprilis proximè præteriti editum præfatas Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas Missæ defunctorum celebrari non possunt, responderit. Hinc est, quod nos, ex commissæ nobis cælitus dispensationis munere, fidelium defunctorum animarum in Purgatorio existentium suffragiis per amplius consulere cupientes, Decretum huiusmodi à memorata Card. Congr. editum ut præfertur, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, Salva tamen semper in præmissis auctoritate suprad. Congr. Card. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari & ab eis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostol. regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostol. cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die quarta Maii, Millesimo, sexcentesimo, octuagesimo octavo, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

I. F. Albanus.

7. REN-

7 RENDERE GRAZIE CONTINUE. Debemus pro hoc præstantissimo Indulgentiarum beneficio continuo cum Iſaia canere-Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum Domui Israel, quæ largitus est eis. secundum Indulgentiam suam: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos; & portavit eos, & elevarit eos cunctis diebus sæculi.

8 Advertant præterea locorum Ordinarii, quod ad ipſo privative spectat recognitio Brevium Indulgentiarum, quæ de novo conceduntur per Papam; nec aliquis sine eorum licentia, vel auctoritate potest illa publicare non obstante quacunque exemptione, & præterſa consuetudine in contrarium, & etiamſi pro regularium Ecclesiis concedantur, ut à Sac. Congregat. Concilii super cap. 9. ſeſſ. 21. de reform. decifum fuit, Leo Theſaur. for. Ecclef. part. 4. cap. 2. de Confratern. num. 118. Gallermart. supra dict. cap. 9. num. 4. & cap. 5. ſeſſ. 22. n. 3. & ita declaravit quoque Sac. Congreg. Immun. in Firmana 12. Junii 1703. lib. 3. Decr. Vallem. pag. 494. à tergo. Nulla tamen prorsus recepta mercede, sicut Concil. mandat, & Taxa Innocentia; cum Indulgentiæ sint gratiæ merè spirituales, quæ non ad quæſtum, sed pro salute Animarum, & ad pietatem exercendam concedantur. Et ſi fortè in aliquo Dominio Principum Sæcularium, illorum Miniſtrorum Brevium publicationem de facto auctoritate potestativa inhiherent, & non niſi ſoluta aliqua pecuniæ quantitate, relaxarent: tunc tanquam illicitum quæſtum non tolerandum, ad Sedem Apostolicam quamprimum deferant, ut auctoritate, & prudentia ejuſdem, quod expedit ſtatuantur; prout eis injungitur à Sac. Conc. Trid. in Decreto de Indulgent. & monet. Petr. Vecchia de Ecclef. milit. lib. 1. cap. 9. n. 63. verſ. ma quanto indebitamente.

9 Item quod translato feſto, non transfertur Indulgentia, ut declaravit Sac. Rit. Congreg. 30. Septembr. 1679. & 10. Junii 1690. relata in rubr. Breviarii frat. minor. tit. 10. Si tamen feſtum transferatur non ſolum quoad officium, verum etiam quoad forum, hoc eſt quoad abſtinentiam ab

oneribus fervilibus, tunc cenſeretur translata etiam Indulgentia, ut putat P. Felix in exam. Ecclef. num. 3793. tom. 1. Verum opinio hujus Auctoris non habet fundamentum; quia Indulgentiæ conceſſæ pro certo, & determinato die, tanquam eidem affixæ, non transferuntur, niſi per Papam hoc expreſſe concedatur; prout conceſſit Innoc. XI. PP. Caſſinenſibus pro feſto S. Benedicți, indulgendo, quod ſi incidere in hebdomada majori, tunc Indulgentia ſit affixa illi diei, in quem contingit dictum feſtum eſſe transferendum, ut reſert Biſſ. in Hierurg. litt. I. verb. Indulgentia n. 3. in ſu. Et iterum inſtantiæ PP. Minimo- rum quærentium, an translato feſto S. Franciſci de Paula poſt octavam Paſchatis, cenſeretur quoque translata Indulgentia, Congregatio ſub die 20. Novembr. 1694. reſpondit negativè, & ſerventur rubricæ.

Et hæc de litteris Paſtoralibus attriſſe ſufficiat: hoc unum addito, quod ſi Epifcopi, aliive Ordinarii ſubditos virtutibus propriis prius non doceant, melius eſt, quod ab Epifcopis Paſtoralibus abſtineant, & quam factis negare, quod continent.

Deputationis Vicarii Apoſtolici  
Sede Epifc. vacante per  
Breve.

FORMULA VII

SUMMARIUM.

- 1 Vicarius Apoſtolicus debet eſſe Sacerdos, & probatur rationibus num. 2. & 3.
- 4 Vicarius Apoſtolicus quibus de cauſis deputetur, oſtenditur.
- 5 Vicarius Apoſtolicus eſt loco Epifcopi in his, quæ ſunt jurisdiſtionis ordinariæ.
- 6 Vicarius Apoſtolicus quæ facere non poſſit, indicatur.

## Dilecte fili salutem, &amp; Apostolicam Benedictionem.

„ PRO nostri Pastoralis officii munere iis potissimum invigilare debemus,  
 „ quæ Curam Dominici Gregis, ut in viam mandatorum Domini ad  
 „ salutem dirigatur omnino respiciunt: Volentes igitur Ecclesiæ N. ad præ-  
 „ sens Pastoralis solatio distitutæ *de Vicario Apostolico providere*, & de tuis fide,  
 „ prudentia, integritate, & doctrina plurimum in Domino confisi, speran-  
 „ tesque, quod ea quæ tibi commiserimus cumulatè sis expleturus, *de Vene-*  
 „ *rabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium* negociis Episcoporum, &  
 „ Regularium præpositorum *consilio*, Te in Civitate, & Diœcesi N. Vicarium,  
 „ & Officiale generale, Commissarium in Spiritualibus, & temporalibus  
 „ Apostolica auctoritate tenore præsentium, ad nostrum, & Sedis Aposto-  
 „ licæ beneplacitum, durante vacatione Sedis dictæ Ecclesiæ N. constituimus  
 „ eligimus, facimus, & deputamus *cum eadem auctoritate*, facultate, & pote-  
 „ state, quoad exercendum ea, quæ jurisdictionis etiam voluntariæ existunt,  
 „ excepta tamen facultate Beneficia Ecclesiastica conferendi, ac litteras com-  
 „ mendatitias, ac dimissorias ad Sacros Ordines concedendi, (quas Episco-  
 „ pus N. pro tempore existens habere, & exercere solet in univèrsa Diœcesi)  
 „ in foro conscientiæ, & contentioso, & alias quomodocunque, & qualiter-  
 „ cunque, nec non Ecclesias, & loca pia omnia, etiam Monialium Monaste-  
 „ ria, etiam exempta, quoad clausuram ad Sac. Concilii Trid. præscriptum vi-  
 „ sitandi, & reformandi, ac in visitatione hujusmodi, quam celerrimè, & debi-  
 „ tum cum diligentia procedendi, Synodum celebrandi, Judices, Consiliarios,  
 „ Vicarios foraneos, Notarios, Actuarios, Magistros actorum, Procuratores  
 „ fiscales, Executores, omnesque alios, & singulos Officiales, tam majores,  
 „ quam minores Curiæ Episcopalis, quibuscunque nominibus nuncupentur,  
 „ in Civitate, & Diœcesi prædictis quotiescunque opportunum fore judicave-  
 „ ris, & alias juxta solitum revocandi, & alios in eorum locum eligendi, depu-  
 „ tandi, & subrogandi, multasque, & penas pecuniarias apud aliquem pro-  
 „ bum, & idoneum virum per te è Clero eligendum, deponendi, piis usibus ar-  
 „ bitrio tuo applicandas: quascunque litteras Apostolicas Episcopo prædi-  
 „ cto, seu ejus Vicario directas, ac dirigendas æquè ac si tibi specialiter dirige-  
 „ rentur aperiendi, & exequendi, litteras monitoriales in forma significavit  
 „ pro rebus deperditis, seu furto sublati juxta præscriptum d. Concilii Trid.  
 „ ac Bullæ fec. rec. Pii V. Prædecessoris nostri concedendi, in Beneficiis de jure-  
 „ patronatus, ejusque erectione, constitutione, nec non locationibus emphyteu-  
 „ ticiis, alienationibus, & permutationibus bonorum Ecclesiasticorum, juxta  
 „ formam Sac. Canonum, & Constitutionum Apostolicarum auctoritatem,  
 „ & consilium præstandi, causas criminales, civilesque & beneficiales, ac ma-  
 „ trimoniales ac alias quascunque principales, & incidentes, etiam per ap-  
 „ pellationem devolutas, & quæ ab Episcopum N. quovis modo pertinent de  
 „ jure, vel consuetudine in Civitate, & Diœcesi prædictis, cognoscendi, au-  
 „ diendi, committendi, sineq; debito terminandi, contra delinquentes per inquisi-  
 „ tionem, etiam ex officio prout juris fuerit procedendi, eosque corrigendi mul-  
 „ standi, deponendi, & excommunicandi, suspendendi, & interdicens, pæna-  
 „ rum

rumque, & sententiarum earundem moderationem, & mitigationem tibi reservandi, nec non censuras, & pœnas ipsas in casibus à jure permisis aggravandi, & reaggravandi, & ab illis aliisque casibus Episcopo prædicto refervatis, prout tibi videbitur convenire, in utroque foro, absolvendi, & absolvi faciendi & exercendi, quæ prædicto Episcopo ratione jurisdictionis de jure, & consuetudine competunt in præmissis, & circa ea, etiam si talia forent, quæ magis specialem, & expressam exigerent commissionem, & cum facultate substituendi in casu necessitatis cum simili, vel limitata facultate, & potestate; Volentes autem quod pro tua, & familiæ tuæ sustentatione, ex redditibus Ecclesiæ prædictæ provisio annua ducentorum scutorum monetæ Romanæ, & ejus rata de quadrimestre in quadrimestre, anticipata solutione persolvatur ultra emolumenta ordinaria, & extraordinaria licita, solita & consueta, ratione muneris Vicarii hujusmodi competentia dumtaxat, ita ut si ii ad quos spectat, in solutionibus, vel earum aliqua defecerint suo tempore elapsis decem diebus, ex fructibus mensæ Episcopalis pro deficiente portione, quæ tibi videbitur, propria auctoritate capere, & exigere liberè, & licitè possis, & valeas, simulque habitationem commodam in Palatio Episcopali pro tempore officii, nec non expensas accessus, & recessus habere debeas. Contradiutores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes cujuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, pœnis pecuniariis, piis usibus arbitrio tuo applicandis, ac etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, quatenus opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate roboratis, Statutis, ac consuetudinibus, privilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis &c. ad præmissorum effectum specialiter, & expressè, derogamus. Datum Romæ ..... Pontificatus nostri .....

M. A. Maraldus.

#### ADNOTATIONES.

1. DE VICARIO APOSTOLICO PROVIDERE. Vicarius Apostolicus debet esse Sacerdotes, si non necessitate, saltem ex congruentia: nam sicuti in providendis Parochiis non attenditur sola litteratura concurrentium, nisi sit conjuncta cum gradu, prudentia, aliisque animi dotibus, quæ opportunæ sint pro regimine aliorum: multò magis hoc erit inspicendum in munere Vicariatus, quod est aliquid magis: dum electus gerit vices, Episcopi in utroque regimine

spirituali, & temporali, maximeque curandum est, ut concurrant in electo omnes illæ qualitates, quæ apud Populum sunt in æstimatione, quorum præcipua est Sacerdotium; quia ob Mysteria, quæ tractat, non tam honor ei præstat, quam majestati Dei, cui inservit. *non distinguemus S. Sacerdotia ff. de recept. arbit. habet enim Sacerdos nomen honoris, & dignitatis cap. 1. dist. 21. Gaballin. in Gloss. ad Const. Egid. lib. 2. cap. 6. litt. B.*

2. Diffonum quippe videtur, quod qui gerit vices Pastoris ( si simplex Cle-

Clericus sit) non sit Antistes (quod nomen soli Sacerdoti convenit *cap. Cleros 21. dist.*) & per se ipsum oves Diocesis pascere non valeat, nempe Sacramentorum administratione, peccatorum absolutione, & Sacrificiorum oblatione, quod est hujus muneris præcipua pars imò, & difficile, quod qui adhuc Deo non dicitur militare (quia non sit ordinatus in Sacris, Sperell. *decis. 153. num. 15. & 17.* valeat eos, qui militiæ Clericali nomen dederunt, dictis, & factis in Ecclesiastica instruire disciplina: ideoque, ut Canon adhæreamus congruit, ut Vicarius Apostolicus sit Sacerdos *cap. si Sacerdos de Offic. Judic. Ordin. Sayr. de cens. lib. 1. cap. 6. num. 22. in fin. 23. & 24.*

3. Neque obstat, quod in praxi hæc theorica non servetur, cum non semel etiam Clerici minorum Ordinum, imò, & primæ Tonsuræ ad idonei deputentur: quia objectioni occurrit Text. *in l. sed licet 12. de Offic. Præsid.* ubi sic respondetur: *non tam spectandum est, quod factum est, quam quid fieri debeat, cui favet stylus S. Congregat. Episc. & Regular.* ad quam si habeatur recursus contra Episcopum non retinentem Vicarium Jurisperitum, solet demandare, ut retineat Vicarium Generalem Doctorem, quamvis in jure nullibi cautum sit, ut talis Vicarius debeat esse Doctor, ut advertit Card. de Luc. *supra Concil. Trident. dec. 31. n. 14.* hocque prudenter fit spectato fine, & effectu: nam cum Vicarius deputetur ad justitiam administrandam, atque ad decidendas causas tam civiles, quam criminales, & mixtas; idcirco debet esse versatus in facultate, quæ ad id necessaria est: quæ ratio fortius viget in Vicario Apostolico, & licet de jure non requiratur, ut sit Sacerdos, tamen quia subrogatur in locum Episcopi: cuius munus exceptis Pontificalibus (si non sit Episcopus) debet per se ipsum exercere ad litteram Text. *in c. is cui 42. ubi Glos. de elect. in 6. & habere omnem aptitudinem, quæ necessaria est, ut illud probè exercent; ne sit populus Domini sicut Oves absque Pastore nu. 27. & nè (ut non semel accidit magna cum populi admiratione) Clerici hujusmodi, qui per plures annos Vicarii Apostolici, vel Ge-*

neralis munere functi sunt, ad statum Seculare, imò ad Nuptias transeant.

4. **DE VENER. FRATRUM & CONSILIO.** Vicarius Apostolicus mittitur à Papa, ut plurimum de Consilio Cardinalium Sacr. Congregat. Episcoporum, vel per Breve, vel per litteras ejusdem Congregat. ad regendam aliquam Dioccesim cum tota jurisdictione Episcopali, sive Sede plena, sive vacante ex aliqua rationabili causa, puta. Primò, quia Episcopus est suspensus à jurisdictione. Secundò, quia est ob ætatem gravem effectus inhabilis. Tertio, quia malè gubernat, & regit Dioccesim, & maxime si adsunt quærelæ, & subditi hoc petant. Quarto, quia contra ipsum Episcopum est formandus processus, & Romam evocatur. Quintò, quia Episcopus monitus, non facit residentiam. Sextò, quia executionem Decretis Visitationis Apostolicæ, vel Sacr. Congregationum dare negligit, & non curat. Septimò, quando non vult recipere Vicarium sibi missum ab Urbe, vel impedit ei exercitium jurisdictionis. Octavò, quando Ecclesia vacat per mortem violentam. Nonò, quando Vicarius Capitularis est imperitus, & insurgunt inconvenientia, præsertim in administratione justitiæ. Decimò, quando Vicarius Capitularis removetur, vel vocatur ac Urbem ad se exculpandum. Undecimò propter alios graves respectus, prout referunt Nicol. *in Flosc. verb. Vicarius Apostolicus*, & Pellegrin. *in prax. Vicar. par. 1. sect. 6. per tot.*

5. **CUM EADEM AUCTORITATE**, Vicarius Apostolicus de jure potest omnia, quæ jurisdictionis Episcopalis existunt per Text. *expressum in cap. is cui de elect. in 6.* ideoque exequitur litteras Apostolicas Episcopo, vel ejus Vicario directas, ac si ipsi dirigerentur Nicol. *lucubr. Can. lib. 1. tit. 28. quæst. 6.* quare est Ordinarius, & non Papæ Delegatus, & ab ejus sententiis appellatur ad Metropolitanum non autem ad Papam, Nicol. *ibid. d. quæst. 6. vers. 1.* Pellegrin. *loco citato n. 4.* quia Papa committens ea, quæ sunt jurisdictionis, non delegat, Passerin. *ad tit. de appellat. quæst. unica num. 98. in 2. lib. dec. in 6.* Cæterum solet ei auferri facultas Beneficia conferendi, & Dimissorias pro

Or-

Ordinibus Sacris concedendi ; ut apparet in Breui superius relato : & sic ejus potestas pendet à tenore litterarum deputationis , in quibus aliquando datur magis , & minus ampla .

6. Non potest contra Vicarium antecessorem informationes sumere , vel bona sequestrare , neque in causis civilibus , aut criminalibus Episcopi se ingerere , nisi habeat hoc expressè in facultatibus ; Neque prætere Canonorum assistentiam , & associationem , neque incensum ter in Missa solemnè , cum ei debeatur unica vice post offertorium ; nec quod sibi deferatur osculandus liber Evangelii : nisi sit Episcopus , nec minus , quod sibi competet jus celebrandi Missas Conventuales , aut Pontificales absente , vel impedito Episcopo , aut Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in processionibus deferendi : nam hæc spectant ad Dignitates de Capitulo ; ut omnia suo Ordine fiant , & in illis se immiscere non debet , sed tantum præesse . *Pellegrin. prax. Vicar. loco supra citato n. 17. 18. & 19. Barbol. Decis. Apostol. collect. 715. n. 6. & collect. 253. n. 20. Sac. Cong. Episc. in Lancian. 8. Maii 1615.*

Deputatio autem Vicarii Apostolici , quæ Sede plena fieri solet per litteras Sac. Congr. tali est.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus , cui fuit datus Vicarius Apostolicus , dicitur suspensus à jurisdictione .  
*Dimissorias concedere , & Beneficia conferre sunt actus jurisdictionis , ibi .*  
*Episcopo , cui datus fuit Vicarius Apostolicus , remanet facultas conferendi Beneficia , & dandi Dimissorias , nisi expressè auferatur , ibi .*
- 2 Episcopus nominatim suspensus , nec ordines , nec Dimissorias concedit .
- 3 Vicarius Apostolicus deputatus sede plena , examinat ordinandos .  
*Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis . Vicarius Apostolicus indicit concursum ad Parochiales , & eligit magis dignum , licet Episcopo sit reservata collatio ibi .*  
*Prelatus Nullius non concedit Dimissorias , sed commendat mores studentium ibi .*  
*Vicarius Apostolicus de jure concedit Dimissorias ibi .*

» **R** Ev. Signore essendosi dalla Santità di Nostro Signore ordinato , che  
 » si mandi un Vicario Apostolico al Governo della Chiesa di N. S.  
 » è risoluto di deputar voi all' esercizio di quella Carica , colla provvisione di  
 » 200. scudi l'anno oltre gli emolumenti dell' Offizio , accesso , e recesso ,  
 » e decente habitatione nel Palazzo Episcopale , o altrove à spese di quella  
 » Mensa , comunicandovisi à tal effetto col mezzo della presente tutte le  
 » facultà solite à concedersi à i Vicarii Apostolici , eccettuatenene però la colla-  
 » tione de Beneficii , e la concessione delle lettere Dimissoriali . Ve lo  
 » significo dunque , affincbe partiate quanto prima al possesso di detta cari-  
 » ca , e Dio &c.

## Al Vescovo.

” **H** Avendo la Santità di nostro Signore risoluto di deputare un Vicario  
 ” Apostolico al Governo di cotesta Chiesa per le cause note à sua Bea-  
 ” titudine, Io lo significo à V. S. affinche conformandosi ella come deve alle re-  
 ” soluzioni della Santità Sua, si contenti di lasciare à D. N. N. Archidiacono di  
 ” N. destinato à tal Carica, il libero Governo della sudetta Chiesa. Et il Sign. &c.

## Al Capitolo.

” **H** Avendo la Santità di N. Signore risoluto per cause note à Sua Beatitu-  
 ” dine di deputare un Vicario Apostolico al Governo di cotesta Chiesa,  
 ” & essendosi à tal fine fatta elezione della persona del Sig. N. Io lo significo, e  
 ” notifico alle SS. VV. acciocche glie ne diate il possesso; e gli prestiate insieme  
 ” la dovuta obediienza. Tanto eseguiranno, e Dio &c.

## ADNOTATIONES.

## 1. ECCEITUATENE ETC.

Ex hac clausula potest oriri dubium: an scilicet per eam Sac. Congregatio voluerit sibi reservare facultatem in rebus exceptis, cum de Episcopo nullam mentionem faciat? Et videbatur dicendum, quod sic: cum enim per deputationem Vicarii Apostolici, Episcopus dicatur suspensus à jurisdictione, inde sequitur, quod non possit Beneficia conferre, nec dimissorias concedere, quæ in jurisdictione consistunt, ut dicit Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 4. num. 21.* At contrarium dicendum est: quia per dictam clausulam solum datur intelligi, totam jurisdictionem Episcopo non esse ablatam, nec in Vicarium Apostolicum translantam, & partem jurisdictionis exceptam (Papæ sive Congregationi expressè non reservatam) Episcopo remanere, ut distinguendo suspensum à jurisdictione universaliter, à suspensio à jurisdictionis parte docet Sayr. *loco citato circa finem*, & quoad collationem Beneficiorum, jam decisum fuisse testatur Nicol. *Lucubr. can. lib. 1. tit. 28. quest. 8.* Et quoad litteras Dimissoriales patet ex eo, quod cum Episcopus non remaneat suspensus à collatione, & administratione ordinum, certum est, quod dum potest ordinare,

Form. Monacelli Pars II.

poterit quoque subditos ad alienum Episcopum dimittere ut ab eo ordinentur, cum ejusdem potestatis sit ordinare, & litteras Dimissorias concedere, Rot. *coram Seraphin. dec. 985. num. 3.* Barbof. *de offic. Episc. alleg. 7. num. 4.* Ciarlin. *contr. 220. num. 101.*

2 Quicquid esset si Episcopus reperiretur ab officio suspensus, & propter aliquam censuram nominatim denunciatus; tunc enim, nec ordines conferre, nec Dimissorias concedere posset Piasec. *praxi par. 1. c. 1. art. 2. n. 19.* Barb. *d. allegat. 7. n. 5.* Pirhin. *in jus can. lib. 1. tit. 11. num. 55.* Biff. *hierurg. lit. D. verb. Dimissoriae litteræ §. 12.* & licet Passerin. *in cap. cum nullus quest. 2. art. 1. num. 136. de temp. ordin. in 6. teneat*, quod Episcopus suspensus, ratione censure à collatione ordinum, possit suis subditis Dimissorias concedere, ejus tamen opinio non videtur tuta nec sequenda: nemo enim plus juris in alium transferre potest, quam sibi competere dignoscatur *cap. nemo 79. de regul. jur. in 6.* Barb. *axiom. 160. num. 1. & 2.*

3 Verum tamen iudicio, quod Vicarius Apostolicus possit, imò debeat examinare ordinandos, & dimittendos, & recognoscere illorum idoneitatem, mores, & Titulum ad quem promoveri cupiunt, & cætera requisita, ad præscriptum Sac. Canonum, & Concilii Trid. cum hoc sit quid diversum à concessio-

Y ne

ne Dimissorialium : etenim cum fundatam habeat intentionem super exercitio jurisdictionis Episcopalis , tam contentiosæ , quàm voluntariæ , & excipiantur tantummodò duo casus , videlicet Beneficia conferendi , & litteras Dimissorias ad ordines conferendi ; talis exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis *l. quæstium §. denique Neratius de fund. instruct. glos. in cap. Dominus 32. quæst. 7.* Unde sicuti ad ipsam Vicarium spectat indicere Concursum ad Parochiales , & eligere magis idoneum , licet Episcopo sit reservata collatio Beneficiorum , & Parochialis vacet in mense Episcopi Nicol. *Lycubr. can. lib. 1. tit. 28. dict. quæst. 8.* & probant aliæ auctoritates , & Decreta à me allegata *part. 1. tit. 4. annot. ad form. 16. num. 3.* & sic alius eligit , & alius confert : ita nè promo-

veantur indigni , ipse approbare illos debet , & Episcopus dimittere : eo modo quo Prælati inferior nullius , approbat , & commendat mores , & requisita subditorum , & Episcopus Vicinior eisdem , vel ordines confert vel Dimissorias concedit , Nicol. *in Flosc. verb. Dimissoria num. 4. & in verb. Nullius num. 4. Sacr. Congr. Concilii in Nullius seu Menerbinen. 30. Maii 1699. ad 3.* Præsertim verò , quia Vicar. Apostolicus nisi obstaret illa exceptio in litteris suæ commissionis opposita , posset etiam Dimissorias concedere *cap. iis cui junct. glos. de election. in 6.*

Deputatio autem ejusdem Vicarii , quæ fit Sede vacante , per litteras prædictæ Sacr. Congregat. Episcop. & Regular. solet concipi modo sequenti .

## F O R M U L A I X.

Foris.

Al Rev. Sig. Il Sig. Canonico Diego Balducci Vicario Apostolico . Fermo .

Intus

» **R**EV. Sign. La Santità di N. Signore per motivi noti alla di lui somma prudenza , si è degnata di deputar voi con titolo di Vicario Apostolico al  
 » Governo di coteſta Chiesa Arcivescovale di Fermo vacante , con tutte le necessarie , & opportune facultà solite , emolumenti , e prerogative , eccetto  
 » quella di conferire i Beneficii , e concedere le lettere Dimissoriale ali promoven-  
 » vendi agl' ordini . Non mancherete per tanto di corrispondere colla dovuta  
 » applicazione , alla grazia che la Santità sua si degna compartirvi , & il Sign.  
 » Dio vi prosperi . Roma 25. Febr. 1699.

Al piacer Vostro .

Il Cardinal di Carpegna .

M. Arcivescovo d'Atene Segretario .

Et sequitur alia Epistola scripta Capitulo in qua injungitur , ut deputatum in Vicarium Apostolicum recognoscant , eique pareant .

Et sic pro Beneficiis , & litteris Dimissorialibus ad ordines obinendos , durante vacatione Sedis Episcopalis , recurrendum erit ad Sedem Apostolicam .

De-

Deputationis Visitatoris Apostolici  
sede plena per Breve.

## FORMULA X.

## SUMMARIUM.

- 1 Papa est Episcopus totius Orbis, & Ordinarius Ordinariorum, & illorum Judex.  
Papa concedens aliis jurisdictionem, eandem sibi reservat, & majorem, ibi.
- 2 Visitatores Papa deputat propter pigritiam, & negligentiam Præsulum.
- 3 Visitator quando possit à visitatis exigere juramentum, ostenditur.
- 4 Visitator Apostolicus in visitatione, quæ inquirere, & investigare debeat, demonstratur usque ad n. 24.
- 5 Episcopus tenetur pascere oves proprias triplici pabulo, ibi.
- 6 Canonici, & Presbyteri Ecclesie Cathedralis possunt compelli ad audiendam lectionem Canonici Theologi.  
Canonicus Theologus gaudet vacationibus ad instar Lectorem Universitatis, ibi.
- 7 Episcopus non potest suppressere Beneficia perpetua.  
Episcopus potest Curam Animarum toti Capitulo incumbentem certæ personæ de consensu Capituli adnectere, ibi.
- 8 Episcopus in cathedrali debet curare ut fiat inter Canonicos distributio ordinum ad formam Concilii.
- 9 Canonici Cathedralium absque Indulto Apostolico, non possunt in recitatione Divini Officii à Calendario discedere.
- 10 Electio Patroni principalis debet fieri servata forma Decreti Sac. Congregat. Rit. quod assertur, & num. 11.
- 12 Electio Patroni non confirmatur à Sac. Congreg. Rit. ex solo motivo

devotionis, sed ex aliis causis hic recensitis.

- 13 Vicarius Capitularis eligi potest, etiam si sit electus novus Episcopus donec non capiat possessionem.  
Plura observanda, & advertenda in electione Vicarii Capitularis proponuntur.
- 14 Vicarius Capituli quæ possit facere, vel non ostenditur.
- 15 Canonici non possunt abesse à residentia tempore quadragesimæ, & aliarum festivitatum, nec à Diocesi aliis temporibus discedere sine licentia Episcopi.
- 16 Commissarii R. Fabricæ S. Petri de Urbe, quomodo se continere debeant in executione, & exactione legatorum piorum indicatur.
- 17 Onera missarum, quæ fuerunt acceptata per viam Contractus, si redditus assignati diminuantur, reductio non fit à Sac. Congr. Concilii, sed officio Judicis.
- 18 Consuetudo, quæ est nutritiva peccati excusat à pœna temporali, non autem ægebennali.
- 19 Abusus solvendi pecuniam pro licentia deferendi sclopum venatorium in Curia Episcopi est Canonibus injuriosus.
- 20 Renunciatio Monialium fieri non potest coram Vicario pro gubernio earumdem deputato.  
Moniales debent omnes sumere cibum in refectorio.
- 21 Regulares visitati super quibus rebus sint interrogandi, indicatur.  
Regulares non possunt dimitti à Claustro de licentia Superioris prætextu subveniendi Parentibus, ibi.  
Regulares non possunt ministrare sacramenta hospitantibus infirmis, neque eos si decedant sepelire sine Parochi licentia, ibi.  
Religiosi Ordin. Min. S. Francisci non possunt habere, neque retinere legata perpetua missarum, nec alia assignamenta certa, nec pecunias contractare, aut bona administrare, ibi.

- 22 Beneficiati omnes tenentur solvere taxam in dictam pro manutentione Seminarii etiam si sint Prælati domestici Papæ.
- 23 Visitator, qui habet facultatem visitatos corrigendi, potest deponere, & privare Beneficiatos præ via causæ cognitione.

Clerici, qui recusant se subicere visitationi personali possunt cogi censuris.

24 Papa dans facultatem confirmandi statuta, semper intelligitur (quavis non exprimat) data cum clausula Dummodo non sint juri contraria, & illicita.

## C L E M E N S PP. XI.

» **V**EN. Fr. salutem, & Apostolicam Benedictionem. Onerosa Pasto-  
 » ralis Officii cura, nullo licet meritum nostrorum suffragio nobis  
 » ex alto commissa postulat, ut ad vigilantie nostræ partes sedulo intenda-  
 » mus, per quæ Ecclesiarum, & locorum piorum quorumlibet, nec non per-  
 » sonarum in eis Altissimo famulantium prospero sælicique statu, & directione  
 » opportunè provideatur, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire:  
 » Cupientes itaque ad Animarum salutem Civitatem, & Diocesim N. ac tam  
 » Cathedralem, quam aliasillarum Ecclesias, Monasteria, & loca pia visitari  
 » Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris deque  
 » Apostolicæ potestatis plenitudine. Fraternalitati tuæ, de cujus singulari pie-  
 » tate, honoris Domus Dei, zelo, prudentia, doctrina, ac rerum agendarum  
 » usu plurimum in Domino confidimus per præsentem committimus, & man-  
 » damus, ut tam Cathedralem, quam Collegiatas, Parochiales, & alias quascun-  
 » que Civitatis, & Diocesis hujusmodi Ecclesias, ac tam Virorum, quam  
 » Mulierum Monasteria, Domus, Conventus, & alia regularia loca etiam Ci-  
 » sterciens. S. Antonii Viennen. S. Joannis Herosolymitani, Societatis Jesu,  
 » aliorumque quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutum Regu-  
 » larium, etiam necessario exprimen. Hospitalia quoque, & loca pia quæcun-  
 » que, eorumque Capitula, Conventus, Universitates, Collegia, nec non Ar-  
 » chiconfraternitates, Confraternitates etiam laicorum, & personas tam lai-  
 » cas, quam Ecclesiasticas sæculares, & regulares cujusvis gradus, & conditionis  
 » existant, semel tantum auctoritate nostra Apostolica visites, cum facultate, man-  
 » data, & præcepta quæcunque necessaria, & opportuna in prædictis locis visi-  
 » tandis illis in rebus, quæ visitationis hujusmodi præparationem, statum, pro-  
 » gressum, & executionem concernunt, decernendi, faciendi, eaque exequi  
 » jubendi, personas quascunque, tam Ecclesiasticas sæculares, quam cujusvis Or-  
 » dinis regulares, nec non etiam laicas pro rebus, & negociis, ad visitationem hu-  
 » jusmodi pertinentibus ad te vocandi, & ad personaliter coram te comparen-  
 » dum citandi, opportunisque juris, & facti remediis compellendi, similes item  
 » personas quascunque, & tanquam principales, & tanquam testes quoad alios  
 » examinandi, ut veritati testimonium perhibeant admonendi, ac etiam cogendi,  
 » juramenta eis deferendi, & ab eis exigendi, & recipiendi ad Sac. Cano-  
 » num præscriptum, & recusantes per censuras Ecclesiasticas; aliasque penas  
 » etiam temporales tibi bene visas compescendi, ac in personarum visitandarum  
 » hujusmodi statum, formam, regulas, Instituta, regimen, statuta, consuetu-  
 » dines, vitamque, ritus, mores, disciplinam, doctrinam, & idoneitatem sin-  
 » gularum personarum, conjunctim, vel divisim, ac tam in capite, quam in  
 » mem.

„ membris: nec non circa Divinum cultum religiosam functionem, Ecclesia-  
 „ rum decorem, fructuum, & introituum dispositionem, regularem tam Vi-  
 „ rorum, quam Mulierum observantiam, aliaque omnia, & singula ad actum  
 „ hujusmodi Visitationis quomodocunque pertinentia *diligenter inquirendi*,  
 „ & ad hunc effectum quaecunque illorum Archivia, Bibliothecas, librorum-  
 „ que, quæ in illis continentur documenta, Instrumenta autentica, scripturas  
 „ libros rationum dati, & accepti, computa, & ratiocinia perlustrandi, inspi-  
 „ ciendi, perscrutandi, præsertim verò Sacras Reliquias, & quibus ipsæ Reli-  
 „ quæ, nec non Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum, & res ad alia Sacramen-  
 „ ta Ecclesiastica pertinentes continentur, Sacra vasa, Thecas, Tabernacula,  
 „ nec non indumenta, ornamenta, & Instrumenta, utensilia, & suppellectilia  
 „ Ecclesiastica etiam pretiosa diligenter inspiciendi, & ad prædicta exhiben-  
 „ da quascunque personas cogendi, & compellendi, ac in præmissis omnibus  
 „ & singulis quacunque correctione, emendatione, reformatione indigere  
 „ cognoveris, *corrigendi*, emendandi, reformandi, mutandi, ac etiam de novo  
 „ condendi, *condita* Concilii Trid. Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis  
 „ non contraria *confirmandi*, abusus quoscunque tollendi, bonas, & laudabiles  
 „ institutiones, ac in primis Divinum cultum, Ecclesiasticam disciplinam, & ob-  
 „ servantiam regularem ubicunque excederint modus congruis restituendi, &  
 „ reintegrandi, si aliquos in aliquo delinquentes repereris, & juxta Canonicas  
 „ Sanctiones, ac Regularia Instituta hujusmodi puniendi, & castigandi, man-  
 „ data, decreta, statuta, & Ordinationes executioni demandandi, ac custodiri,  
 „ & observari præcipiendi, etiam absque eo, quod præsentis exhibere tenea-  
 „ ris, non aliter quam in unica Cancellaria registrandas, necnon cum facultate  
 „ absolvendi ab omnibus casibus Episcopo, ac etiam nobis, & Sedi Apostolicæ  
 „ reservatis etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, quoad præterita tantum,  
 „ & à die datæ præsentium, & quoad hæresim, dummodò non habeant compli-  
 „ ces, neque confocios, hancque facultatem communicandi duobus Sociis Pres-  
 „ byteris. Præterea cum facultate etiam Pontificalia Officia in Civitate, &  
 „ Diœcesi prædictis durante illarum inibi Visitatione exercendi, eisdemque per-  
 „ sonis Ecclesiastica Sacramenta administrandi. Itemque procuracionem ad  
 „ S. Canonum, & Concilii Trid. præscriptum à Capitulis, Conventibus, Uni-  
 „ versitatibus, Collegiis, & personis visitatis hujusmodi, ac vesturas Equorum,  
 „ tam à Ven. Fr. Episcopo N. quam à Clero exigendi, demumque omnia alia,  
 „ & singula, quæ hujusmodi Visitationis negotium, ulteriorem progressum,  
 „ executionem, & in ea facta, & facienda mandata, Decreta, statuta, & Ord-  
 „ nationes concernunt, & concernent, seu ad ea quomodolibet spectant, &  
 „ spectabunt faciendi, gerendi, exequendi, mandandi, & ordinandi: Contradi-  
 „ ctioresque, ac tibi in præmissis inobedientes, & rebelles, eisque auxilium, con-  
 „ silium, vel favorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quomodoli-  
 „ bet præstantes, per suspensionis, ac etiam privationis Beneficiorum, & Offi-  
 „ ciorum Ecclesiasticorum, aliasque pœnas Ecclesiasticas, & temporales, etiam  
 „ emancipationis in Carcerem, & Censuras, aliaque opportuna juris, & facti  
 „ remedia, appellatione postposita compescendi, auxiliumque brachii Sæcu-  
 „ laris, si opus fuerit invocandi. Mandantes propter eà omnibus, & singulis ad  
 „ quos spectat, & pro tempore spectabit, ut tibi in præmissis promptè pareant  
 „ *Monacelli Form. Pars II.*

» & obediant, alioquin sententias, sive penas quas ritè tuleris, seu statueris  
 » in rebelles ratas habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfac-  
 » tionem congruam inviolabiliter observari, non obstantibus Constitutioni-  
 » bus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum,  
 » Hospitalium, Ordinum, Congregationum, Militiarum, Confraternitatum,  
 » & aliorum piorum locorum hujusmodi etiam Juramento, confirmatione  
 » Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, & Consuetudinibus,  
 » privilegiis quoque, Indultis, exemptionibus, & litteris Apostolicis illis &  
 » cuivis illorum, ac Superioribus, & personis eorum quomodolibet concessis,  
 » confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, quibuscunque sint concepta  
 » verborum formis, & tenoribus, quos presentibus pro expressis haberi volu-  
 » mus, specialiter, & expressè, ac latissimè ad effectum prædictum derogamus,  
 » ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum  
 » sub Anulo Piscatoris die 21. Februarii 1705. Pontificatus nostri Anno V.

F. Oliverius.

## ADNOTATIONES.

1. **AUCTORITATE NOSTRA APOSTOLICA VISITES.** Quia Papa est Episcopus totius Orbis, & Ordinarius Ordinariorum, & illorum Judex, & Præses, ut ajunt Leo *Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 1. num. 5.* Barbof. *de Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 2. n. 13. 14. & 15.* & concedendo aliis jurisdictionem, & potestatem, eandem sibi reservat, & majorem prout notant Canonistæ *in c. dudum 14. de pr. eb. & dignit. in 6. & præsertim Barbof. num. 2. 3. & seqq.* & Passerin. *num. 9.* idè cum sibi pro bono Ecclesiarum expedire videatur, deputat Visitatores, vel per Breve, vel per litteras, & organum Sac. Congr. Episcoporum, & Regular.

2. Visitatores hujusmodi dati solent propter pigritia Episcoporum, qui negligunt Officium Pastorale adimplere; vel propter litem, & dissensiones, quas Episcopus habet cum Capitulo, ac etiam propter alios prudentiales respectus, qui respiciunt bonum Ecclesiæ, & populorum: quæ deputationes si frequentiores, & aliquando etiam generales pro aliqua Provincia essent, uberiores quoque fructus exinde provenirent. Fortè sunt aliqui Præfules, qui rarè perse ipsos visitant; alii visitant non ut inquirent, videant, & doceant populum, illumque retrahant ab excessibus, in fide orthodoxa, sanaque

doctrina, & probatis moribus conser-vent; Ecclesiarum, locorumque piorum statum spiritualiter, & materialiter probe disponant, dispositumque asservent; sed quandoque ad saturandæ cupiditatis affectum officium visitationis impediunt, *Extravag. commun. de pæn. cap. un. & ut videantur hominibus visitantes, obsequia recipiant, & solatium, & hinc redundant vitia, & disciplina perit: totum replent urticæ, & operiunt super faciem vineæ spinæ, ut de his Pastoribus loquendo dixit Salomon Prov. 24.*

3. **AD SACR. CANONUM PRÆSCRIPTUM.** *Text. in cap. Romana sine de Consib. in 6.* vult quod in visitatione, non exigatur à visitatis juramentum, inquit -- *Sanè hujusmodi impensurus officium, proposito verbo Dei, querat de vita, et conversatione ministrantium in Ecclesiis, et locis aliis Divino cultui deputatis, ac cæteris, quæ ad officium ipsum spectant, absque coactione, & exactione qualibet juramenti &c.* At quia sine juramento referuntur Visitatori aliqua corrigenda, tunc poterit pro meliori verificatione super illo particulari exigere juramentum, ut observat, & docet *Gloss. in dist. cap. Romana verb. coactione, et post Gloss. Piafec. præ. Episc. par. 2. cap. 3. ar. 8. de visitat. Exemptor. num. 6.* non ut instituat judicium, sed ut delinquens corrigatur, prout respondit *S. Congr. Concilii Cardinali de*

Castro 7. Junii 1590. lib. 7. lit. pag. 192. & hoc est, quod hic Papa mandat per clausulam supradictam.

4. **DILIGENTER INQUIRENDI.** Multa Visitator Apostolicus inquirere debet, quæ ex Ventrigl. in prax. part. 2. annot. 24. §. 1. & aliis Auctoribus, qui tractatus de Visitatione ediderunt uberius haurienda relinquo: Ego enim juxta morem, & institutum operis pauca selectiora, & utiliora carpento, eum inquirere debere censeo.

5. Primò, an Episcopus pascat oves triplici pabulo, nempe veritatis verbo, vitæ exemplo, & temporali subsidio cap. Archidiaconus 85. dist. Gaballin. in Gloss. ad const. Egid. lib. 4. cap. 25. nu. 7. an faciat residentiam, & ejus famuli, & familiares sint bonis moribus præditi: an exigat procuracionem visitando Civitatem, & an tempore debito exerceat Pontificalia, & Ecclesiam frequentet. Completa autem visitatione illum seorsum moneat, & paternaliter, urbaneque corrigat, quatenus in gubernio notabiliter defecisse repererit, prout faciendum docet Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 27. num. 32. & recordaretur, quod aut nullus, aut rarus est, qui omnia habeat, quæ habere debet Episcopus, ut ait D. Hieronymus in Dialogo adversus Pelagian. lib. 1.

Secundò an parochi, & aliis Animarum Rectores doceant omnibus diebus Dominicis, & aliis festis diebus, doctrinam Christianam debito modo, & Concionatores servant monita Papalia contenta in Epistola enciclica Sac. Congregat. Concilii jussu Innoc. XI. expedita 6. Julii 1680. & quam retuli part. 1. in Appendice pag. 320.

6. Tertio, an in Cathedrali reperiantur erectæ Præbendæ pro Theologo, & pro Penitentiario, & an primus, & secundus adimpleat per se ipsum Officium suum, ut Concilium Trident. & Decreta Sac. Congregationum mandant, & si inveniat, quod Canonicus Theologus lectionem non faciat, ex quo Auditores asserat non habere, Decreto compellere poterit Canonicos, & alios Presbyteros ejusdem Ecclesiæ ad audiendum lectionem, prout compelli posse declaravit

Congregat. Concilii 11. Julii 1620. teste Ventrigl. in prax. part. 2. annot. 24. §. 1. num. 55. cum aliis per me allegatis par. 1. tit. 2. annot. ad form. 5. num. 8. & 9. Gaudet autem Theologus vacatione a lectione Sacræ Scripturæ in diebus, & temporibus, quibus gaudent Doctores Universitatum, scilicet à festo S. Thomæ Apostoli usque ad diem post Epiphaniam, à Dominica Septuagesimæ ad primam Dominicam Quadragesimæ, à Dominica Palmarum, ad totam octavam Paschatis, à Festo S. Joan. Baptistæ ad diem 5. Novembris, ita respondit Sac. Congreg. Concilii in Assisen. 24. Januarii 1626. lib. 98. pag. 350.

7. Quarto, an Episcopus Beneficia perpetua Ecclesiastica suppresserit, & extinxerit præterquam in casu permissio à Concilio Trident. sess. 24. cap. 15. nam suppressio, & extinctio Beneficiorum cedit in diminutionem Divini cultus, ideoque exigat causam præcisè necessariam, & evidentem Ecclesiæ utilitatem, de qua constare debet, adhibito consensu Capituli aliàs non tenet Rot. coram Gregor. dec. 483. Ubi Add. num. 8. & coram Cavalery. decis. 439. per tot. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 28. num. 80. & seqq. ubi dat modum articulandi diminutionem reddituum, Corrad. prax. benefic. lib. 2. cap. 8. à num. 11. ad 58. imò Episcopus Beneficia perpetua in titulum collativa, non potest reducere ad manualitatem, ut respondit nuper Sac. Congregat. Concilii in Cæsaraugustana 14. Novemb. 1705. Possit tamen vigore cap. 7. sess. 7. reform. Curam Animarum toti Capitulo Cathedralis incumbentem per viam unionis perpetuæ in certam personam, seu Dignitatem ejusdem Ecclesiæ adnectere, consensu Capituli interveniente, ut declaravit eadem Congregat. in Compsana 1. Julii 1647. lib. 18. pag. 344.

8. Quintò, an in Cathedrali reperiantur facta distributio Ordinum: Nam Episcopus debet omninò præscribere, quibus præbendis quisque ordo annexus esse debeat, ita tamen, ut dimidia pars Sacerdotes sint, cæteri verò Diaconi, & Subdiaconi ad præscriptum Concilii Trident. cap. 12. sess. 24. prout rescripsit Congregatio Episcopo Assisen. 6. Mar-

tii 1638. lib. 15. pag. 678. Et in Legionen. eodem anno respondit -- Episcopum debere ad distributionem Ordinum juxta formam cap. 12. sess. 24. de reform. cum consilio sui Capituli, quam primum procedere, & obtinentes Canonatus, infra annum Ordines requisitos juxta distributionem faciendam compellere ad suscipiendos Ordines Sacros lib. 15. pag. 679.

9. Sextò, an Canonici deferant insignia, quo indulto, & à quanto tempore, & si inveniatur propria auctoritate assumpsisse, prohibeat illa deferri, ut monet Ventrigl. loco supra citato num. 52. Et an in recitatione Divini Officii in Choro observent rubricas generales Breviarii: vel potius, absque Indulto Sac. Congregat. Rituum, assumant, & recitent Officia alicujus Sancti, vel Octavæ, Diocesi, & illi Clero non concessa: etenim si hoc facerent, illicitè facerent, etiam si auctoritas, & permissio Episcopi intercederet: quoniam locorum Ordinarii tam Sæculares, quàm Regulares, non possunt addere Kalendariis etiam propriis (quod idem est, ac mutare Kalendarium Romanum) Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarii Romani rubricis, vel Sacræ Rituum Congregat. seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur, sub pœna, quod non fiat satis obligationi recitandi Divinum Officium, & consequenter non faciendi fructus suos Beneficiorum, ut referendo Decretum de anno 1628. emanatum & Rubricis Breviarii nunc addito, tradit Gavant. in commentar. rubr. Brev. sect. 1. cap. 5. titul. 2. num. 9.

10. Circa verò Officium Patroni principalis alicujus loci, quod fieri permittitur sub ritu duplici primæ classis, ut idem Gavant. docet sect. 3. cap. 12. num. 1. erit advertendum, quod si reperitur electus post annum 1630. debent concurrere requisita Decreti ejusdem Congregat. Rituum ab Urbano VIII. approbati, quod per extensum refert idem Auctor in loco mox citato sub num. 2. & est sequens.

## DECRETUM

Super electione Sanctorum in Patronos a Sac. Rituum Congregat. de ordine S. D. N.

URBANI PAPÆ VIII.

Emanatum die 23. Martii 1630.

„ SACR. Rituum Congregatio annuente Sanctiss. D. N. in Electione Patronorum mandavit infrascripta in posterum servari debere, declarans, quod aliter facta electio, nulla sit ipso jure.

„ Primò, quod eligi possint Patronos ii solum, qui ab Ecclesia universalis titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificatorum dumtaxat.

„ Secundò quod de Patrono Civitatis electio fieri debeat per secreta suffragia à Populo mediante consilio generalilius Civitatis, vel loci, non autem ab Officialibus solum, & quod accedere debeat consensus Episcopi, & Clericali loci.

„ Idemque servari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per secreta suffragia à populo singularium Civitatum Provinciarum.

„ Et quod Representantibus Regnum, Civitatem, vel Provinciam, nulla comperat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum Civitatum.

„ Et Tertio, quod causæ electionis novorum Patronorum debeat in Sac. Congregatione deduci, & ab ea examinari, ac demum causa cognita ab eadem Congregatione approbati, & confirmari.

Et

Et ne præmissorum ignorantia ulloquam tempore possit allegari, eadem Sac. Rit. Congregat. supradictum Decretum imprimi, & publicari mandavit.

11. Hoc Decretum, quod referunt etiam Nicol. Lucubr. can. lib. 3. tit. 45. de relig. Sanct. num. 5. Pignatell. consult. 78. n. 1. tom. 4. est in yiridi observantia: nam recurrentibus Universitatibus ad Sac. Congreg. Rituum pro approbatione electionis in Patronum alicujus Sancti, si preces dictis requisitis sunt destitutæ referri solet: *Doceant de servato Decreto Urbani VIII.* prout non semel vidi; *vel pro concessione servata forma Decreti Urbani VIII.* Aliis verò, quæ in electione, requisita Decreti observarunt, & locus non est celebris notæ conceditur approbatio cum clausula: *dummodò alium principalem Patronum, seu Protectorem non habeant*, ut in una *Mazzarien.* 30. Martii 1697. *pro Universitate Castri Veterani*, & in alia *Lycien.* 11. Julii 1699. *pro Universitate Terræ Monteroni.*

12. His præcognitis, edoceatur Clerus, quod electio in Patronum non debet fieri ex solo motivo devotionis, sed vel quia loci primus Episcopus fuit, vel quia ibi corpus humatum reperitur, vel quia oriundus, & Civis fuit, vel quia in necessitatibus mirabiliter Populum protexit, & adjudit, vel tandem ob alias similes, & congruentes causas, quæ in Concilio Universitatis exprimi debent, Gavant. *dict. sect. 3. dict. cap. 12. num. 1. Sac. Congreg. Rit. in Alexanen.* 6. Septembris 1698. Item quod in hujusmodi Patronorum electione, fieri non debent promissiones servandi diem festum Patroni electi tanquam de præcepto, etiamsi ab Ecclesia universali tali sub ritu non colatur: nam has promissiones, & vota Congregatio non admittit, nec approbat, sed rejicit, & tantum ex devotione servari posse concedit, ut respondit *in Theatina* 15. Martii 1698. pro Clero, & Populo nonnullorum oppidorum, & sæpe alibi, prout retuli in *annot. a form. 1. tit. 13. n. 15.*

13. Septimò, de electione Vicarii Capitularis, scilicet an fiat per vota secreta prout expedit fieri, ut dixi *in 1. parte*,

& circa eam edoceatur Capitulum. Primò, Quod Vicarius potest eligi etiamsi statim defuncto Episcopo Canonici certò sciant novum Episcopum electum, & præconizzato, aut ab alia Ecclesia translatum fuisse: nam donec novus Episcopus literas Apostolicas non expediverit, & illarum vigore possessionem Episcopatus non fuerit adeptus, sedes dicitur vacans, ut de communi tradunt *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. §. 2. n. 87. & 88. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 65. n. 161. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 15. §. 2. n. 60.* & in terminis electionis Vicarii *Sac. Congr. Episc. in Ifernien.* 6. Febr. 1699. Secundò, Quod eligendus debet esse Doctor publicæ Universitatis approbatæ *Sac. Congr. Concilii in Montis Regalis* 19. Dec. 1626. Tertiò, Quod in electione sunt preferendæ Dignitates, & Canonici quatenus sint idonei, Canonico Coadjutori, ut respondit *ead. Congr.* 14. April. 1685. *lib. 35. f. 37.* Quartò, Quod si electio non concludatur in tempore à Concilio Trid. præscripto *cap. 16. sess. 24.* sit devolutio ad formam Conciliaris Decreti, tam in casu negligentia, quam in casu dissensionis, *ead. Congr. in Aquilana* 10. Octobris 1605. *lib. 28. fol. 195.* Quintò, Quod si in electione, duo Canonici Doctores habuerint vota paria, neutrum esse Vicarium legitimum, & electio propterea devolvatur ad Metropolitanum juxtà dispositionem Concilii, ut respondit *d. Cong. in Vercell.* 12. Martii 1611. *lib. 117. pag. 768.* Sextò, Quod si Ecclesia suffraganea vacans careat Capitulo, electio, seu deputatio Vicarii pro illius administratione, spectat ad Capitulum Metropolitanæ Pastore carentis, non autem ad antiquiorem Episcopum Suffraganeum, non obstante Synodo Provinciali, ut declaravit *ead. Congreg.* 28. Augusti 1683. *confirmata* 14. Aprilis 1685. *lib. 35. fol. 195.* Septimò, Quod electio fieri non debet, nec potest si Vicarius Episcopi defuncti missus fuerat à Papa, vel *Sac. Congreg. Nicol. in Flosc. verb. Vicarius Capitularis n. 58.* si verò Cathedralis Ecclesia exempta, & S. Sedi immediatè subjecta careat Capitulo, ut est Ecclesia seu Episcopatus Portuen. propè almam Urbem, tunc videtur, quod deputatio Vicarii Capitularis in casu Vacationis Sedis non pertineat

neat ad propinquorem Episcopum juxta dispositionem *Concilii Trident. sess. 24. c. 16. de reform.* sed consulenda sit Sancta Sedes, quia Episcopo Viciniori devolvitur electio (ut Concilium disponit) in casu negligentiae Capituli: at quando Ecclesia Capitulo caret, casus est omissus à Concilio, quod comprobatur à stylo dicte Diocesis, in qua quoties occurrit vacatio, Episcopus Vicinior non se ingerit in deputatione Vicarii, sed Ecclesia remanet sub regimine Eminentissimi Urbis Vicarii, quia est in districtu Urbis, usque dum novus Episcopus Ecclesiae possessionem capiat.

14. Item quoad potestatem. Primò, Quod Vicarius Capituli non succedit in potestate literarum executorialium, quæ dantur personæ Episcopi, si conferunt potestatem, quæ non concurret cum potestate juris communis: vel dic quod Capitulum succedit solum in competentibus Episcopo jure communi, & non jure speciali, *Grass. decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 27. num. 21.* Secundò, Quod potest exequi literas Sacr. Congregationum, Episcopo defuncto directa, & non executas, præfertim in rebus jurisdictionalibus sub nomine Officii directas, juxta declarationes *Sacr. Congreg. Episc. & Regular. in Orient. 29. Novemb. 1600. in Alessanen. 10. Aprilis 1615. & in Tranen. 26. Januarii, & in Neapolitana 10. Februarii 1604.* non tamen literas Apostolicas expeditas in forma dignum, & Episcopo defuncto directas *Sacr. Congreg. Concilii in Cameracen. 2. Augusti 1631.* neque dispensationes matrimoniales, pro quibus solet frequenter concedi facultas ab eadem Congregatione, prout illam tribuit *in Guardien. in Portugalia 18. Aprilis 1693. & in Abellinen. 11. Januarii 1704.* Tertio, Quod non habet facultatem, quam habet Episcopus in casibus Bullæ Gregor. XIV. & idè non potest cognoscere super extractione à loco immuni, sed spectat ad Episcopum Vicinorem *Sacr. Immun. in Verzellen. 9. Novemb. 1650. lib. 4. Decr. Paul. pag. 125. à tergo:* neque concedere licentiam Judici laico exhumandi Cadaver à loco immuni pro facienda recognitione *eadem Sacr. Congregat. in Spoletana 11.*

*Maii 1683. lib. 3. Decret. Alt. pag. 176.* Quartò, Quod propter suam absentiam ad modicum tempus potest substituere; monitoria ad finem revelandi, & excommunicationes decernere, à casibus Episcopo defuncto reservatis absolvere, quoties Capitulum hanc ei in specie facultatem concesserit, examinare, & approbare Confessarios, habet jurisdictionem in Canonicos, contra quos procedere potest sine Adjunctis, quoties Capitulum non sit exemptum, & adveniente Parochialium vacatione, concursus instituire, Oeconomus deputare, & alia facere, quæ vigore *cap. 18. sess. 24. pertinent ad Episcopum, juxta declarationem Sacr. Congregat. Concilii 11. Septembris 1600.* Quintò, Quod infra annum potest dare facultatem Episcopo extero exercendi in Diocesi Pontificalia, & post annum à die vacationis Sedis Episcopalis, conferendi etiam Ordines Quirant. *in Summ. Bullar. vers. Capitulum Sede Vacante vers. undecimo quæro, Garc. de benef. part. 5. cap. 7. num. 93. vers. quinta. Nicol. in Flosc. verb. Vicarius Capitularis num. 68. vers. tertio, dare Ventrigl. in prax. part. 2. annot. 15. §. 2. num. 51. Sacr. Congregat. Concilii in Brixien. 16. Maii 1705.* Sextò, quod Seminarium absque consilio Deputatorum (quos remove non potest) administrare, nec gubernium, aut taxam mercedis, & alimentorum variare non valeat, *Sacr. Congregat. Concil. in Salernitana 31. Augusti 1606. lib. 87. pag. 678.* Septimò, Quod poenæ, & mulctæ pro delictis etiam gravibus ab Episcopo defuncto non exactæ, vel ante obitum locis piis non applicatæ, non possunt Sede Vacante à Capitulo, seu illius Vicario Capitulari, ad favorem reorum reduci, seu minui, ut respondit *Sacr. Congregat. Concil. in Ripana 18. Aprilis 1654. lib. 19. pag. 336.*

15. Octavò, inquirat an Canonici habeant distributiones, & de illis participant absentes, & an discedant à residentia tempore Quadragesimæ, & aliarum festivitatum solemnium absque licentia Episcopi: si hæc enim in Capitulis visitatis contigerint, debet prohibere,

bere, ut præter allegatos in annot. ad form. 2. tit. 13. nu. 63. admonet Pac. Jord. elucubr. lib. X. tit. 40. num. 73. verb. attamen ubi assert plura Decreta Sac. Congr. Concilii, moneatque licentiam Episcopi non tantum exigi debere in majoribus anni festivitibus ut licite abesse valeant à Choro: sed etiam aliis anni temporibus, quoties Canonici abesse velint extra Diocesim juxta aliam ejusdem Congregationis declarationem, quam Pac. Jord. loco mox citato refert, & authenticas penes se retinuisse testatur, quæ est tenoris sequentis -- *Sacr. Congreg. Concilii Trident. interpretat. tamen si declaravit nullum requiri licentiam ad hoc ut Canonici abesse possint in mensibus ab eodem Concilio permissis, censuit tamen hanc declarationem non vindicare sibi locum, quoties Canonici abesse volunt extra Diocesim: proinde hoc casu Episcopi licentiam esse obtinendam. Cæterum Episcopum non debere illam, absque rationabili causa denegare.* Item quod si in electione officialium Capituli, Canonici sint negligentes, post sex menses electio devolvitur ad Episcopum *Sacr. Congr. Concilii in Fulginaten. 18. Martii 1628. lib. 13. pag. 423.*

16. Nonò, an legata pia, tam perpetua, quam temporalia exequantur, & an circa ea Commissarii R. Fabricæ S. Petri de Urbe fideliter, probeque se gerant, juxta Instructionem, quam dat eis *Sacr. Congregat. ejusdem Fabricæ, & in qua injungitur, & ordinatur.*

I. Che non possa far Compositione alcuna di qualsivoglia sorte, o causa senza ordine in scriptis della Sagra Congregatione, nè pigliar donativo sotto pena della privazione dell' officio, e di pagare dieci volte altrettanto da applicarsi ad arbitrio della Sagra Congregatione.

II. Non userà in modo alcuno Censure Ecclesiastiche, nè procederà all' esecuzione di esse affigendo Cedeloni, se prima non costa negli atti della diligenza fatta in fare l' esecuzione reale, o personale, usandola in juris subsidium, conforme alla disposizione del Sac. Concil. di Trento.

III. Contro li Poveri, e quelli, che

vivono de proprii sudori, o altre miserabili persone, non procederà ad alcun decreto, nè li darà spefa alcuna, ammonendoli soli ad adempire quello, che possono fare in coscienza, senza però assolverli, comporgli, o fargli grazia alcuna.

IV. Non concederà alcuna sorte d' Indulgenze, dispense o assoluzioni altre volte concesse alla Fabrica, stante le revocazioni fattene dalla fel. mem. di Pio IV. nella *Consti. 62. Dat. 13. Kalend. Octobr. 1562.*

V. Delli Legati pii certi senza peso, e per una volta sola, quali non saranno pagati nel termine d' un Anno dopo la morte del Testatore, o infra un Anno dopo la purificazione della condizione o giorno quando la disposizione fosse condizionata a certo tempo, n' applicherà solamente la quinta parte alla fabrica, & il restante alli Legatarii, ma quando sarà passato il triennio, ne applicherà la metà alla fabrica, & altra metà alli legatarii, conforme alla *Bolla 97. della fel. mem. di Pio V. 11. Kal. Jan. 1569.*

VI. Dichiarando, che se li legati certi faranno con peso annuo di messe, Anniversarii, o altri Divini officii, per li quali fossero lasciati beni stabili, o quantità di denari, quali o per disposizioni de Testatori, o per Costituzione Pontificie, dovessero convertirsi in compra d' annui censi, stabili, o altr' entrata, applicherà i frutti decorfi, così delli stabili lasciati, come degli investimenti, che devono farsi, ancorche non fatti, dal dì della morte del Testatore a beneficio della Fabrica, lasciando star fermo il capitale de i legati per l' avvenire, procurando che seguano gl' investimenti ordinati da i Testatori, con prefiggerli i termini convenienti.

VII. L' istesso offerverà per li maritaggi di povere Zitelle, lasciati da farsi ogn' anno ad arbitrio degli Eredi, Esecutori, o altri, applicando l' annate decorse alla Fabrica come sopra per li tempi, che non faranno fatte le nominazioni.

„ VIII.

VIII. Quanto alli legati pii incerti per una volta sola l'applicherà a beneficio di detta Fabrica conforme alli suoi privilegi; ma negl'annui applicherà l'annate decorse, e non adempite dagli Eredi solamente.

IX. Nelli legati antichi procederà solamente da trenta anni in quà non ostante li privilegi, eccetto se fossero legati ch'avessero stato permanente, come per costruzione di Cappella, Sepolture, Campana, Organi, & altre simili, quali ex oculari inspectione non apparissero adempiti.

X. Nelli legati d'unica prestazione, che non eccedono la somma di scudi tre moneta Romana passato il triennio fino al li cinque anni, stia al giuramento dell'Erede, o altr'obligato colla fede d'un testimonio, dalli anni cinque alli dieci, stia al solo giuramento, e dalli dieci in sù non le dia molestia. E questo ancorche in un Testamento fussero più legati di tre scudi l'uno, quali calcolati insieme arrivassero a qualsivoglia somma.

XI. Quando le parti citate nel termine che non sia meno di tre giorni, mostreranno fede del pagamento, o Decreto assolutorio d'altri Commissarii, non li faranno pagare cosa alcuna, restituendoli le loro fedi, Decreti, e Scritture gratis, e domandando nuovo termine, gli si debba dare tre altri giorni; ma se le porteranno dopò, che saranno fatti contumaci veri, cioè dopò, che siano stati citati personalmente, o in Casa, o in presenza de testimonii, non li faranno pagar altro, che le spese contumaciali, quali s'intendano semplicemente le spese fatte per le Scritture, avvertendo, che non si citino fuori della Diocesi: E quando li sudetti citati in casa fossero veramente assenti, oltre il termine prefisso nel mandato, li prorogherà un altro termine competente, perche possa averne notizia da Parenti con lasciarli notamento della pretenzione, che si ha con tale assente.

XII. Nelle Cause per le quali per qualsivoglia ragione li rei convenuti non devono esser condannati, il detto

Commissario non possa dare assolutoria, se non in caso, che detti rei la domandino, & in tal caso nelle cause fino alla somma di scudi cento possa per tale assoluzione ricevere a ragione di scudi due per cento proporzionatamente, da scudi cento fino a cinquecento, uno scudo più per centenaro, da cinquecento in sù usque ad qualunque fumma, scudi sette di moneta solamente, e non più, ancorche le parti volessero spontaneamente darle, etiam titolo donationis, vel laborum, o per qualsivoglia altro pretesto.

XIII. Circa li beni Ecclesiastici male alienati farà restituire alle Chiese tutta l'intiera proprietà effettivamente, e fatta tal restituzione, e non prima piglierà tutti li frutti mal percetti per la Fabrica, quali non ci essendo, o essendo inesigibili, piglierà li frutti d'un anno conforme alle facultà, alle quali si abbia relazione.

XIV. E perche nelle sudette cause è necessario l'intervento del Procurator Fiscale per la Fabrica, il medesimo Commissario doverà al tempo della sua deputatione nominare per detto Officio una persona idonea, per la quale la S. Congreg. gli farà spedire la sua Patente. Et occorrendo deputare altri Fiscali per la diversità de luoghi, che doverà visitare, non possa deputarne se non uno per la Città, e Diocesi, e per tutti detti Fiscali nominati dal Commissario ancorche abbiano la Patente della Sac. Congregat. il Commissario farà tenuto per ogni loro azione.

XV. Facendosi la deputatione del Commissario per un anno, finito che farà il primo anno, s'intenda subito spirata la facultà concessa nelle lettere Patenti, nè possa più esercitare detta Commissione se non farà stato confermato.

XVI. Acciò l'osservanza delli prefenti capitoli, & ordini venga a notizia di tutti, s'ordina, che si debbano sempre tenere affissi pubblicamente nel luogo dove s'eserciterà questo pio officio.

XVII. Che in ogni caso d'inoservanza,

za, o contraventione delli sopradetti ordinari, o qualsivoglia d'essi oltre la nullità degl'atti, e refezione di spese e danni, & interessi da pagarsi, e rifarsi alli rei convenuti; & ogn' altro dannificato dal Commissario, sia anco il medesimo tenuto alla pena del decuplo &c.

17. Hæc inquam, quæ habentur impressa in compendio Privilegiorum Fabricæ pag. 129. videat, & recognoscat Visitator Apostolicus an observentur, & an Commissarii proprias facultates excesserint, scilicet compositiones contra legem datam admittendo, legata perpetua missarum temporalia declarando, & hæredes gravatos contra juris, & Testatorum dispositionem absolvendo, ut non semel accidit; Et circa onera Missarum, quæ fortè inveniantur reducta, inquireat, an reductio fuerit facta legitima auctoritate, & absque subreptione obtenta, animadvertendo, quod si onus missarum reperiretur injunctum, & acceptatum vigore contractus, & reciprocae stipulationis, non esset locus reductioni per viam ordinariam recursus ad Sacram Congregationem Concilii: quia tunc obligatio instrumentalis adimplendi, favore partis est perpetua: at (quatenus in Instrumento aliter non fuerit provisum) si tractu temporis redditus pro adimplemento oneris assignati, sine culpa assignatarum, notabiliter diminuantur, vel pereant, aded ut antiqua conventio attentio tempore presentis injusta, & læsiva efficiatur, erit tali casu implorandum officium Judicis pro rescissione contractus, vel saltem, ut reducatur ad justitiam, & æqualitatem, juxta DD. communem theoreticam, de qua apud Card. de Luca de decim. disc. 3. numer. 14. & de regal. disc. 73. numer. 5. Rot. coram Cerr. dec. 593. numer. 9. & trib. seqq. & responsum datum à Sac. Congregatione Concilii in Æsna 10. Julii 1706. per Summarium, & extra folium relata.

18. Decimò, de disciplina Cleri, & præsertim circa ministerium Altaris, usum, & ministracionem sacrarum rerum: circa ludos ex quibus oriuntur crimina, & qui non legitimantur, nec sunt liciti per consuetudinem, quæ cum

fit nutritiva peccati, solum potest excusare à pœna temporalis, non autem à gehennali, ut inquit Gloss. in cap. denique distinct. 4. & hujusmodi sunt ludus alearum, usus armorum & actiones scenicas prophanas agere, de primo Gaballin in Gloss. ad Constit. Egidian. lib. 2. cap. 4. numer. 3. & 4. Auth. de Sanctissim. Episcop. §. interdiximus Cod. de Episcop. & Cleric. de secundo Amen. de delict. & pœnit. tit. 7. §. 1. numer. 9. ubi quod delatio armorum in Clericis crimen est de ultimis sunt Text. in cap. maritum 33. distinct. cap. non oportet il 2. de consecr. distinct. 5. cum aliis juribus apud Bellett. disquisit. Cleric. part. 2. de pœn. Cleric. §. 17. numer. 1.

19. Undecimò, de taxa expeditionum Cancellariæ, & an in rebus, quæ respiciunt administracionem Sacramentorum, & res spirituales, aut spiritualitati annexas servetur Innocentiana: & an Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis concedat Clericis licentias scripto, deferendi sclopum venatorium, soluta aliqua pecuniæ quantitate: si enim inveniat hunc abusum vigere, tanquam Sac. Canonibus injuriosum, & mali exempli, omninò sua auctoritate illum damnet, & abroget.

20. Duodecimò, de custodia Claustræ Monasteriorum Monialium: & an adsit Deputatus, seu Vicarius pro illarum bono regimine, præsertim in magna Civitate, vel Diœcesi. Si enim adsit Vicarius specialis Monialium, erit inquirendum, an renunciaciones, quæ fiunt à Novitiis ad formam cap. 16. sess. 25. de Regular. stipulentur coram eodem: Si hoc enim fieret, renunciaciones essent nullæ, & invalidæ: quia verba Concilii ibi -- Cum licentia Episcopi, seu ejus Vicarii, intelliguntur de Vicario Generali, non autem de Vicario foraneo, aut de Deputato ad regimen Monialium, ut respondit Sac. Congregat. Concilii in Fesulana 4. Augusti 1635. lib. 15. pag. 234. & in Pisana 17. Januarii 1647. lib. 17. pag. 136. nisi fortè data esset in deputatione facultas sufficiens expressa, vel æquipollens, putà si Vicario Monialium detur potestas cogno-

cognoscendi omnes, & quascunque causas etiam civiles, cum omnibus annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus, necnon faciendi omnia, quae juxta formam canonum, & Sac. Concil. Trid. facienda sunt, tunc enim cum sit materia delegabilis, renunciatio facta coram Vicario Monialium hujusmodi facultate suffulto, esset valida, ead. Congreg. in *Neapolitana* 22. Aprilis 1651. lib. 19. pag. 123. Item advertendum quod c. 16. sess. 15. de regular. non compræhendit Testamentum, ut respondit ead. Congreg. in *Burgi S. Sepulchri* 1623. lib. 2. pag. 91. neque renunciationem, seu donationem factam ante susceptionem habitus ead. Congreg. in *Salamantina* 6. Augusti 1589. lib. 7. lit. pag. 66. Item quod si terminato anno probationis, statim, Novitia, seu Novitius, non faceret professionem, sed illam prorogaret ad 15. vel 20. dies, posset ante emissionem votorum, validè renunciationem facere, Sac. Congr. Concilii 21. Augusti 1627. Item inquirat an Moniales fumant cibum in privatis cellulis, & introitus Monasterii eis per portiones particulatim distribuuntur: si enim hæc fieri reperiat, erit providendum, ut omnes conveniant ad mensam communem in Refectorio, & quod omnia conferantur in communi, prout pro reformatione Monasteriorum Monialium S. Petri, & Sanctæ Claræ Barchinon. & S. Daniælis Gerunden. Ord. S. Benedicti, fieri debere mandavit Clem. VIII. per organum Sac. Congr. Episc. anno 1603. fol. 61.

21. Decimotertiò de observantia Institutum Regularium quorum Visitatio versatur circa sequentia, super quibus interrogandi sunt. Primò, Si Officium Divinum recitetur hora debita, & an omnes interveniant Choro. Secundò, Si fiat Oratio mentalis. Tertiò, Si in Missis solemnibus, & Conventualibus serventur cæremoniæ Ecclesiasticæ. Quartò, An Religiosi retineant peculium, & mobilia superflua. Quintò, An deferant, vel retineant in cellis arma. Sextò, An incedant de nocte. Septimò, An frequentent Domos Sæcularium, & habeant suspectum consortium. Octavò, An observent Ospitalitatem. Nonò, An reci-

piant in Conventum homines facinorosos, vel fraudulentos decoctores. Decimò, An Superior Conventus invigilet pro observantia instituti, & adimpleat officium suum. Undecimò, An legatur in Refectorio juxta præscriptum Regular. Decreta, & Constitutiones Apostolicæ pluries in anno. Duodecimò, An Religiosi discedant à Conventu sine licentia Superioris. Decimotertiò, An Religiosi Sacerdotes celebrent. Decimoquartò, An Religiosi laici frequentent Sacramenta. Decimoquintò, An aliquis Religiosus induat vestes vanas contra formam regular. Decimosextò, An Religiosi in Cellis, vel alibi ludant aleis, vel retineant canes venaticos. Decimosseptimò, An adsit aliquis Religiosus scandalosus. Decimooctavò, An omnes Religiosi accedant ad mensam communem in Refectorio, vel potius in privatis Cellis pretiosa fercula manducant. Decimononò, An Superiores Religionis dimittant à Claustro Religiosos prætextu subveniendi Parentibus in extrema necessitate absque Sedis Apostolicæ facultate, hæc enim permittere nequaquam possunt Sac. Congr. Episc. & Regul. in *Narbon.* 14. Nov. 1698. Vigestimò, An Sæcularibus commorantibus in eorum Conventibus Sacramenta tempore infirmitatis ministrant sine Parochi licentia, vel illorum cadavera in illorum Ecclesiis sepeliant, quod pariter eis vetitum est. Sac. Congr. Concil. 5. Februa. 1650. in *Senogallien.* approbata etiam à Sac. Congr. Episc. in *Albanen.* 2. Octobris 1693. Vigestimoprimum, An Fratres Minores S. Francisci, retineant legata perpetua missarum, vel alia assignamenta, & annuæ præstationes certæ, quæ retinere, vel quas habere non possunt; vel pecunias contredent, aut bona seu redditus cujuscunque Domini illa sint admittant contra *Breve Innoc. XII.* Vigestimosecundò, An Conventus, qui reperjuntur extramœnia locorum, habeant clausuram, & illa servetur quoad ingressum mulierum. Vigestimotertiò, An onera, & legata missarum adimpleant.

22. Decimoquartò, de gubernio, & profectu Seminarii Clericorum, quatenus in loco visitando reperiaturo erectum sci-

scilicet, an Episcopus cum consilio duorum Canonorum seniorum, & graviorum ab ipso Episcopo electorum constituerit omnia, quæ ad Dei cultum, pietatem, mores, & litterarum studia pertinent: nec non, an de consilio duorum de Capitulo totidemque de Clero ad formam dispositionis Sac. Concilii electorum fecerit Taxam contributionis, & unionis Beneficiorum. Insuper an rationes reddituum Episcopus singulis annis accipiat presentibus duobus à Capitulo, & totidem à Clero Civitatis deputatis, diversis à quatuor supradictis, ut idem Concil. disponit *sess. 23. cap. 18. de reform.* Sin minus inquirendum de modo erigendi juxtà mentem Sac. Concilii Trid. nempe per unionem Beneficiorum, vel per eorundem taxam, à qua nemo est exemptus nisi expressè post Concilium reperiatur privilegiatus Nicol. *in fosc. verb. Seminarium n. 5. & seqq.* etiamsi Beneficiatus sit Prælati Domesticus, aut Assistentis Papæ Sac. Cong. Concilii in Cesenaten. 20. Junii 1705.

23. **CORRIGENDI.** Per hanc clausulam, non solum censetur data Visitatori Apostolico facultas corrigendi visitatos quoad mores tantum: sed si crimina

sint gravia, etiam eos ab officiis, Dignitatibus, & Beneficiis prævia causæ cognitione deponendi, & privandi, ut observat Graff. *decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 27. num. 25.* Et Clericos se subiicere recusantes visitationi personali censuris cogendi Sac. Congregat. Concilii in Aprutina 18. Julii 1705. emanata favore Ordinarii.

24. **CONDITA ETC. CONFIRMANDI.** Est hic notandum, quod, & si Papa dedisset Visitatori facultatem absolutam absque restrictione ad ea, quæ sacris Canonibus non sunt contraria, confirmandi Statuta condita: adhuc talis potestas subintelligeretur data sub citata conditione, dummodo non sint juri contraria, inhonesta, & illicita: quia Papa Statuta, seu privilegia confirmando (nisi confirmatio fieret ex certa scientia & causa cognita) nunquam censetur confirmare voluisse, quæ sunt juri contraria, ut plura jura cumulando probat Barbof. *in cap. ad nostram per tot. de confirm. util. vel inutil.*

Quando autem Visitator Apostolicus Sede plena deputatur à Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium, solent expediri literæ tenoris sequentis.

### F O R M U L A X I.

» SAC. &c. censuit committendum Andreæ Episcopo Venusino, ut Apostolica auctoritate visitet Civitatem, & Diocesim Lycien. illarumque Ecclesias, Monasteria, loca pia, personas tam laicas, quam Ecclesiasticas, tam sæculares, quam utriusque sexus Regulares, etiam quomodolibet exemptas, cujuscunque Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti, etiam necessario exprimendi, cujuscunque gradus, & conditionis existant, tam in capite, quam in membris, cum potestate illas puniendi, corrigendi, & reformandi. Ad hæc Pontificalia in eadem Civitate, & Diocesi exercendi, atque eisdem personis Sacramenta administrandi; Et præterea exigendi Procurationem à Sac. Canon. & Sac. Concilio Trident. præscriptum, itemque vecturas Equorum tam ab Episcopo Lycien. quam à Clero, & in pecuniis, & circa ea quæcunque Decreta necessaria, & opportuna faciendi, illaque debite executioni demandandi, etiam invocato, si opus fuerit brachii sæcularis auxilia. Et cum aliis facultatibus, quæ aliis Episcopis Visitatoribus Apostolicis attribui consueverunt. Eo tamen adjecto, ut peractam Visitationem Sac. Congregationi referat, actaque omnia originalia probè obsignata, viaque secuta transmittat. 10. Junii 1627. apud Nicol. *in fosc. verb. Visitatio Apostolica num. 15.*

Ab

Ab hac formula non discrepat alia, | Religiosissimo, ac Piiſſimo Viro Car-  
 ſub qua commiſſa fuit Viſitatio Civita- | dinali Petrucio de mandato Innoc. XII.  
 tis & Dioecefis S. Severini in Piceno, | quaè eſt ſequens.

## F O R M U L A XII.

## S U M M A R I U M.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1 Cardinali aſſerenti aliquid ſibi à Papa<br/>         Commiſſum, plenè creditur, etiam<br/>         quod litteras ſuæ commiſſionis non<br/>         oſtendat.<br/>         Cardinali aſſerenti acta vidiffe, vel</p> | <p>ſe eſſe Legatum, creditur, ibi.<br/>         2 Cardinalis aſſertio vergens in præ-<br/>         judicium tertii, &amp; facta ſine ju-<br/>         ramento, an probet remiſ-<br/>         ſiōe.</p> |
|--|--|

Eminentis. e Reverendis. Sig. mio Oſſervandis.

„ **L**A Santità di noſtro Signore confidando nella ſingolar prudenza, e zelo  
 „ di V. E. in virtù della preſente la coſtituiſce, e dichiara Viſitatore Apo-  
 „ ſtolico della Città, e Dioceſi di S. Severino, con autorità di viſitare le Chie-  
 „ ſe, Monasterii, luoghi pii, e perſone Eccleſiaſtiche tanto ſecolari, quan-  
 „ to Regolari, dell'uno, l'altro ſeſſo ancorche eſenti di qualſivoglia ordine,  
 „ religione, congregazione, o inſtituto coſi nel capo, come ne membri, e  
 „ di correggerli, punirli, e riformarli conforme alla diſpoſizione de Sacri Ca-  
 „ noni, Concilio di Trento, Decreti Apoſtolici, e Coſtituzioni degli ordi-  
 „ ni, come anco d'eſercitare ivi i Pontificali, e amministrare i Sacramenti  
 „ ſenz' altra licenza del Veſcovo Dioceſano, e di eſigere la procurazione ſecon-  
 „ do la forma preſcritta dal medefimo Sacro Concilio, e le vetture de Cavalli  
 „ tanto dal medefimo Veſcovo, che dal Clero viſitato proporzionabilmente.  
 „ Di fare ſopra queſte coſe gli ordini, e Decreti neceſſarii, & opportuni, ed  
 „ eſeguirli ſecondo la ſua nota prudenza. Compita poi che farà la detta Viſi-  
 „ ta, ſi compiacerà P. E. V. di traſmetterne gli atti, e Decreti fatti à queſta  
 „ Congregazione, & a V. E. bacio per fine humilmente le mani. Roma 10.  
 „ Agoſto 1694.

Di V. E.

Umiliſ. & Affectionatiſ. Ser

G. Card. Carpegna.

A. Altoviti Segretario.

## ADNOTATIONES.

1. IN VIRTU DELLA PRE-  
 SENTE. Dum Cardinalis exequ-  
 btaur Officium ſibi à Papa commiſſum,

conqueretur Episcopus, quod exer-  
 ceret Pontificalia, & administraret Sa-  
 cramenta absque sua licentia, ex quo  
 ſibi non conſtaret per exhibitionem de-  
 putationis, talem facultatem fuiſſe  
 tri-

tributam: At absque fundamento: quia cum in Epistola familiari ab eodem Cardinali eidem Episcopo transmissa (qua illum certiorabat de sua deputatione) & in Edicto publico, quod præcesserat Visitationem, omnes facultates fuissent expressæ, satis de illis constare dicebatur: Cardinali enim asserenti aliquid à Papa sibi fuisse commissum plenè creditur, etiam quod litteras suæ commissionis non ostendat, ut ait Farinac. *de test. quest. 63. à num. 15. ibique Vulpin. in succ. cap. 2. num. 12. Ricc. Collect. 2122. vel assertioni, & collect. 1459. Zacch. de republ. Eccles. tit. de Stat. Cardinal. privil. 6. vel asserenti in Decreto acta vidisse Zecc. ibid. privil. 11. vel se esse Legatum Gloss. in cap. nobilissimus 97. dist. Gaballin. in Gloss. ad Constit. Egyp. lib. 1. cap. 1. vers. legato num. 2. Barbof. in cap. cum olim num. 15. & 16. de privileg.*

2. Quidquid sit dicendum, an ei credatur quando ejus assertio vergit in magnum tertii præjudicium; de qua questione agunt Graff. *lib. 5. consil. de adulter. & stupr. consil. 1. num. 24.* Barbof. *in dict. cap. cum olim num. 9. de privileg. Tondut. qu.*

*benef. tom. 1. cap. 69. num. 44.* Et an illius testimonio deferendum sit sine juramento de quo Innoc. *in cap. olim il. num. 2. de privil. & alii apud Pignatell. consult. 41. num. 5. tom. 4.* hæc inquam erant extra hypotheseim: quia nulli inferebatur præjudicium, sed honor Ecclesiæ illi augebatur, & subditis utilitas, & beneficium.

Harum autem Formularum, Brevium, & Epistolarum exemplaria otiosa profusè ne reputes: nam cum frequenter tam Vicarii, quàm Visitatores Apostolici, deputentur vigore litterarum Sac. Congregat. Episcoporum vel etiam Nuncii, Apostolici, absque specifica expressione facultatum, sed cum clausula generali remissiva -- *Colle facultà solite à dari à Vicarii, o Visitatori Apostolici*, prodest habere exemplum facultatis relatæ, ex quo quis scire potest, quænam illæ sint.

In Urbe autem pro Ecclesiis, Monasteriis, & locis Piiis, Papa tanquam Episcopus, deputat per organum Secretariæ Congregationis Visitationis Apostolicæ, aliquando Cardinales, & aliquando Prælatos, ac Episcopus in Curia commoranter formula sequenti.

## F O R M U L A XIII.

## S U M M A R I U M.

2 Visitatores quique sint Deum præ oculis habere debent, & aperitione Visitationis ipsum invocare Oratione hic data.

» Sanctissimus Dominus Noster deputavi in Visitationem Ecclesiæ, & Monasterii Sancti Pauli extra mænia Urbis Congregationis Monachorum Cassinensium, tam in spiritualibus, quam in temporalibus Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Petrucium cum Coadjutore R. P. D. Paracciano cum facultatibus attributis in Brevibus Sanctitatis Suæ de super emanatis die 16. Januarii 1694. injunxitque, ut per Eminentiam Suam Visitatio hujusmodi cum suis Decretis, ut supra peracta referatur in Congregatione Sacræ Visitationis Apostolicæ subinde habenda. Datum Die 2. Martii 1693.

Loco ✠ Sigilli.

I. Caracciolus Secretarius.

Monacelli Form. Pars II.

Z Et

Et sub hac præcisa formula fuerunt expeditæ aliæ deputationes in personam ejusdem Cardinalis, usque ad numerum undecimum, pro Visitatione aliorum locorum piorum celebriorum dictæ Urbis, quas ipse complevit.

Visitatores autem quicumque sint, si-

vè Ordinarii, sive Apostolici, ut fructum reportent, Deum præ oculis habere debent, gloriam ejus, & salutem Animarum ejusque auxilium in aperi- tione Visitationis sincero corde implorare sequenti Oratione privatim dicenda.

## ORATIO.

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, cui omnia manifesta sunt: & corda bonorum patent, qui populum tuum Israel visitare voluisti, præsta quaesumus pro tua ineffabili pietate mihi indigno famulo tuo in injunctæ Visitationis Officio auxilium gratiæ tuæ, ut opus, quod aggredior Spiritu Sancto cooperante, & intercedente Sanctissima Maria Virgine, & omnibus Sanctis ad salutem Univer- sorum, tam Clericorum, quàm laicorum, Ecclesiarum, locorumque piorum conser- vationem, fidei Orthodoxæ propagationem, & exaltationem, & ad laudem, & gloriam tuam dirigatur. Per Dominum nostrum &c.

Suppressionis præbendarum, seu Beneficiorum.

### FORMULA XIV.

**E**X Supernæ dispositionis arbitrio, Curia hujus Ecclesiæ N. Præsidentes, inter varias animi sollicitudines, quæ ex Pastoralis officii ministerio Nobis incumbunt, illam à nobis potissimè amplectendam putamus, per quam Divinum servitium detrimentum non patitur. Cum igitur in actuali visita- tione nostræ Cathedralis, inveneribus Præbendas Canonicales adeò tenues, ut simul cum distributionibus quotidianis pro sustinendo decenti Canonico- rum gradu, attenta Civitatis, & personarum qualitate, minimè sufficiant: redditusque Præbendarum hujusmodi, habito respectu ad quantitatem assigna- tam in primordio erectionis Canoniciatum esse valde diminutos, prout est no- torium, & de se patet: ac etiam constat, tum ex libris introitum Capitu- li, tum ex testibus formiter in nostra Cancellaria præcedenter exhibitis, & respectivè examinatis: Hinc est, quod non modo valentes per unionem, vel suppressionem Beneficiorum simplicium, nec alio modo, diminutioni dicto- rum reddituum providere (ut Choro inservientes congruam suscipiant susten- tationem) auctoritate à jure, & a Sac. Concilio Trident. nobis tributa, ac omni alio meliori modo, & cum consensu nostri Capituli (de quo in actis) causa cognita, numerum Præbendarum Canonicalium hujus nostræ Cathe- dralis N. diminuimus, & ad numerum .... (quæ Divino cultu celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commodè valeat respondere) reducimus, alias verò duas Præbendas Canonicales primò vacaturas supprimimus, & extinguiamus, & pro suppressis, & extinctis (sine præjudicio nunc possidentium) haberi volumus & declaramus; redditusque, & fructus illarum universos, nunc pro tunc, & quando vacare contigerit, Massæ distributionum quotidianarum Capituli, & Ca-

& Canonorum, servitio Ecclesiæ interessentium, perpetuò assignatus, & applicamus. Et ita in Visitatione providemus hac die &c.

N. Episcopus N.

N. Visitationis Actuarius.

ADNOTATIO.

Ex contentis, & expressis in Formula (quæ superflua non habet) edocetur Episcopus, quod pro validitate suppressionis Præbendarum, quam ipse vigore Concilii Trident. sess. 24. cap. 15. de reformat. facere potest, ut provideatur tenuitati aliarum in Cathedrali, aut Collegiatæ insignis, requiritur. Primò quòd diminutio reddituum (quæ est potissima causa reducendi) consideretur respectu quantitatis assignatæ à principio foundationis, & non sit temporanea. Secundò, quòd diminutio sit talis, ut persona idonea non possit cum illis fructibus decenter vivere, & onera supportare. Tertio, quod non adsint alià Beneficia simplicia, quæ ad hunc effectum uniri, vel supprimi valeant. Quarto, quod diminutio reddituum fuerit legitime probata. Quinto, quod facta aliquarum Præbendarum suppressione, tot aliæ supersint, quæ sufficiant ad divinum cultum peragendum, & dignitatem Ecclesiæ conservandam. Sextò, quod fiat cum consensu Capituli, de quo constare

debet, ut tradunt Garz. de benef. part. 12. cap. 2. n. 172. & 177. Lotter. de re benef. lib. 1. cap. 28. n. 80. & plurib. seqq. Corrad. prax. benef. lib. 2. c. 8. à n. 17. ad 44. Fagnan. in cap. ex parte n. 12. & seqq. de Constit. ubi tamen n. 13. advertit, quod primum requisitum (quod magnificiunt Lotter. & Corrad.) Concilium non requirit, cum non distinguat, an redditus fuerit tenues a principio, an postea diminuti fuerint: & n. 16. tenet, quod concurrentibus aliis requisitis, facultas hæc reducendi competat Episcopo, etiam in casu, quod numerus Canonorum reperiat auctoritate Apostolica confirmatus.

Animadvertendum autem est, quod licet reductio numeri, & suppressio Præbendarum (requisitis concurrentibus ad formam Concilii) fieri possit ab Episcopo quancumque: nihilominus enunciatur in formula, quod facta fuerit in Visitatione, ad hoc ut actus firmior evadat: quia in Visitatione, Episcopus tanquam melius de Statu Ecclesiæ suæ informatus, præsumitur quod non nisi Canonum sanctione servata procedat, Pac. Jordan. elucubr. lib. 7. tit. 1. num. 2.

Litteræ provisionalis, & testimonialis idoneitatis ad Ordines, pro Regularibus.

FORMULA XV.

**N**OS infra scripti pro examinandis alumnis juxta Ordinis Constitutiones deputati, cunctis ad quos spectat providere, per præsentem testamur, Clericum N. (bonæ frugis) in nostra Religione professum, & in Ordinibus N. exercitatum, coram nobis personaliter constitutum, & probè examinatum, fuisse ad Ordines Sacros idoneum, & habilem repertum: ipsumque propterea, ut ad Episcopum suum Ordinarium dimittatur pro illis suscipiendis dignum reputamus. In quorum &c. Datum &c.

N. N. Sac. Theologiæ professor, & Ordinis Examinator.

N. N. Sac. Theologiæ professor, & Ordinis Examinator.

Z. 2.

Litteræ

Litteræ provisionalis, & testimonialis idoneitatis ad Confessiones  
Sacramentales audiendas pro Regularibus.

## F O R M U L A XVI

**E**GO infra scriptus Ordinis N. Magister, Sac. Theologiae professor ac Prior  
Provincialis Provinciae N. elegi P. N. Sacerdotem in nostra Religione pro-  
fessum ad audiendas Confessiones Sacramentales, quem sic electum tanquam  
sufficientem, idoneum, vita probatum, discretum, modestum, atque peri-  
tum, & ab Examinatoribus Ordinis ad id approbatum, praesente Illustris. &  
Reverendis. D. Episcopus N. & humiliter peto, ut ad tam salubre ministe-  
rium, & officium exequendum illum, & ipse approbare dignetur; ad hoc ut  
in sua Civitate, & Diocesi, confessiones subditorum confiteri sibi volentium  
audire, atque eisdem penitentias salutares imponere, & absolutionis benefi-  
cium impendere liberè valeat. In quorum omnium Testimonium praesentes de-  
di. Bononiae hac die &c.

N. N. Provincialis.

Loco ✠ Sigilli.

N. N. Secretarius.

## A D N O T A T I O.

Regulares praesentati Episcopo Ordini-  
nario pro recipienda approbatione ad  
confessiones sacramentales suscipiendas,  
debent habere qualitates, quae in Formu-

la continentur, illasque Superiores praesentanter exprimer e, in testimonialibus,  
prout disponitur in Clem. Dudum, §. Sta-  
tuimus de Sepultur. ne Episcopus de eorum  
idoneitate valeat dubitare, & liberius te-  
stimoniales, requisita Clementinae non  
exprimentes, rejicere.

Et haec omnia ad supplementum primae partis  
operis addita, liturae Sanctae Matris Ec-  
clesiae expressè submitto, ad individuae  
Trinitatis, gloriosissime Mariae Vir-  
ginis, & SS. Petri, & Pauli, &  
Francisci laudem, &  
gloriam.

APPE.N.